ASSESSOR

Sive

CONSILIARIUS JUDICIALIS.

PARS PRIOR.

DE JUDICIO ET CONSILIO IN GENERE, DE CONSILII DIVISIONE ET DE HIS QUÆ AD PERSONAM ASSESSORIS POTISSIMUM PERtinent, breviter concepta: tractatio, ut putatur, cùm Juriſprudentiæ tùm Politices ſtudioſis, lectu non injucunda: cum Indice: editio prima.

ACCESSIT INITIVM QVAESTIOnum uſufrequentium.

AUTHORE

ANTONIO WINTERO JUNIORE HIRSFELDENSI D. ET DUCALIS dicaſterij ſupremi; quod in VVirtembergia Tubingæ habetur; Aſſeſſore.

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS CAROLI.

Anno M. DC. XV.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III. NAPOLI

Digitized by Google

AD ILLVSTRES
AC GENEROSISSIMOS
DOMINOS, Dn. WILHELMUM HEINRICUM, Dn. CHRISTOPHORUM MARCUM & Dn. FRIDERICUM, SACRI Romani Imperij Dapiferos hereditarios, liberos Barones in Walpurgk / Barones in Scheer & Trauchburgk / &c. Auguſti Spirenſis ſynedrij reſpectivè quondam & nunc Præſidentes, Dominos ſuos Gratioſos.

Cum precatione omnium felicium.

SExtus annus jam cœptus eſt, Illuſtres ac Generoſiſſimi Domini, Domini Gratioſi, ex quo inclytus Dux Wirtembergię Princeps ac Dominus meus Clementiſſimus, Aſſeſſorem me voluit aulici Judicij, quod nomine celſitudinis ipſius Tubingæ habetur: quid intereà cogitare intentiùs debui, aut etiam ſecundum conſcientiam potui, quàm ut Provinciam hanc exornarem, quibus modis valerem optimè? quæ itaque in hoc munere notabilia mihi occurrebant, ea conſignare cœpi, & ubi increſceret opus & juſta commentatio videretur fieri poſſe, circumſpexi, num

etiam de Aſſeſſore inter noviores quidam prodiderit libellum peculiarem,& quod ſciam,inveni neminem; vidi autem hìc Cancellarium, illìc Conſiliarium,alibi Legatum, Commiſſarium alibi & cæteros ejus generis tractatus paſsim editos; cogitavi, quid aſſeſſura indignior reliquis honeſtis officijs? quid vetaret, etjam Aſſeſſoris deſcribendi initium facere? Nam quod ego non aſſequor, ut certè parùm me aſſequi ingenuè fateor, identidem poſt me doctiores fortè perſecerint meliùs & abſolutiùs: his mihi ſatis excitaſſe ſtudium, vincique doctioribus æmulis ſit mea pars laudis. Ergò ubi calamum movi, ſucceſsit inſtitutum & profluxit pars operis præſens, quam ante ILLL: Gennn: Vuu. oculos gratioſos nunc depono.

Jam cui à me hactenus geſti officij ratio debetur, erit occaſio, Deo volente, alia declarandi: Cæterùm neſcio, an præſens pars deſcriptionis, perſonam Aſſeſſoris potiſsimùm continens, ullis magis meritò, quàm Vuu. ILLL. Gennn. debeatur. Tua enim Illuſtris Generoſitas Domine WILHELME HEINRICE Domine Gratioſiſſime,veteranam militiam militavit, & Tua itidem Illuſtris Generoſitas Domine FRIDERICE Domine Gratioſe, eandem glorioſam militiam nuper cœpit, defungendo nimirum munere Præſidatus in auguſta S.R. Imperij Camerâ Spirenſi: quo nomine utrique ex animo ſubmiſſe gratulor: Accedit autem inſuper ratio apud me ſingularis,quòd voluntate communi Vuu. ILLL. Gennn. aulico earundem inſtituto appellationum judicio, Tuâ Illuſtri Generoſitate Domine FRIDERICE Domine Gratioſe,

Gratioſe, laudabiliter Præſidente, præterito anno adhibitus ſum Aſſeſſor & in cauſſis plus minus quadraginta referens: quâ tùm ſingulari gratiâ me proſecuti fueritis omnes Domini mei Gratioſi longum eſſet ſatis celebrare, fuit autem tanta, quæ me oblatâ hâc occaſione ad gratitudinem impelleret. Igitur quod nunc dedicationis hujus primæ partis libelli mei ſubmiſsè offero exiguum munus, licet tantis Dynaſtis variaque doctrinâ inſigniter omnibus politiſſimis fortè non ſatis dignum, non meditatum elaboratumque ſatis, at debitæ gratitudinis ſymbolum, quæſo Illuſtres Generoſiſſimique Domini Clementer à me ſuſcipere non dedignemini, hocque defendere adverſum obtrectatores, in me verò hactenus animadverſam clementiam continuare non deſinite.

ILLL. Gennn. Vuu. DEUS Optimus Maximus magnis rebus ſupereſſe faciat diutiſsimè. Dabam Tubingæ in Muſæo meo. 24. Julij, Anno 1614.

ILLL. Gennn. Vuu.

ſubmiſsè colens

Antonius Winter D. Ducalis dicaſterij Wirtemberg: Aſſeſſor.

EPIGRAMMA:

Ad

NOBILEM ET CONSULTISSIMUM VIRUM: Dn. ANTONIUM WINTERUM, HIRSCHFELDENSEM: SUPREMÆ CURIÆ PROVINcialis VVürtembergicæ Aſſeſſorem integerrimum: Affinem ſuum ſingulariter amandum.

SPlendida dum dextrè ASSESSORIS *munera pandis,*
*W*INTERE, *ô Tubij Luxq; Decusq; Fori:*
En famam, nomenq; tibi indelebile quæris;
Quod nec livor edax, nec fera fata prement.
Tu modo ſic propriâ perge inclareſcere laude:
Poſt HYEMEM *tandem tempora* V*ERIS* *erunt.*

Johannes Harpprechtus, U. J. D. & Anteceſſor in Acad. Tubing. Ordinarius.

ALIUD.

OFficium (ô vitium!) riget undiq;: quin vitium ipſum
Nunc ſecli vitio eſt (ô vitium) officium.
*Tu, W*INTERE, *ſapis: qui, quæcumq; impetat orbem*
Morum tempeſtas, es memor officij.
Trux ut bruma alios, ut Sirius acer adurat:
Uſque tua inſolito germine floret hyems.
*Imò A*DSESSORUM OFFICIUM, *tua nupera proles,*
Perpes in ingenio ver probat eſſe tuo.
Qui liber illuſtri ſic copulat omne decorum
Exemplo, ut Themidem compoſuiſſe putem.

Thomas Lanſius. U. J. D. & Illuſtris Ducalis Collegij Tubingæ quod eſt Profeſſor Ordinarius.

ALIUD.

Digitized by Google

ALIUD.

CVr WINTERE *ipſo mihi conſuetudinis uſu*
Cognite, veri oris, pectoris ingenui,
Et fidei haud fictæ, Germano ut ſanguine cretum,
Atq; Sacerdotem Juſtitiæ eſſe decet:
Cur petis ut tenui dicat mea Carmine Muſa
Quid de ADSESSORE *hoc judicet ipſa tuo?*
Non opus eſt aliquid, Collega, extollere verbis,
Quod gerit in proprio commoda mille ſinu.
Aſt dicam! Tuus ADSESSOR *cum tam ardua tractet,*
Ipſe ADSESSORIS *dignus honore coli:*
Dignus quem Famæ vectum ſuper æthera pennis
Calliope memori ſæpius ore canat.

Samuel Banſovius U. J. D. & ejuſdem Judicij Adſeſſor, deproperabat.

ALIUD.

ANAGRAMMA.

ANTONIUS WINTER U. J. D. ADSESSOR TUBINGENSIS.
WIRTENBERGENSI VIVIS, STANS NOTUS AB INDOS.

QValiter ad Pindi celer aut Heliconis amœni
Curſor hians properare citis procul edita in altum
Templa ſolet pedibus, rapidoque intendere curſu,
Ceu Sonipes, Eléæ petens certamina palmæ,
In ſeſſore alacri ſtimulatus ad acria rerum.
Taliter ad Themidis, Juris WINTERE *Perite,*
Inſigneſque Domos, æternataſque Columnas,
Præpete contendis famâ, quæ pulſat Olympum
Celſa poli penetrans, immenſo (gloriæ amore)
Excurris ſtadio, generoſo pectus honeſto
Incoctum retinens, calamo calcaria tractans.
Hinc quod de Adſeſſore recens ADSESSOR *aprico*
(Juſtitiæ ſervans & callentiſſimus æqui)
Exponis, magni faciam, dicamq; ſubinde.

Pergito

Pergito conſimiles genij ingenijque ſagacis
Prodere fœturas, famam prudentia clarat,
Sic tua, ſicque Duci Illuſtriſſimo Ian-Friderico
*W*IRTENBERGENSI VIVIS, STANS NOTUS AB INDOS.

Affinitatis, amoris & memoriæ causâ F.
Johannes Jacobus Riepp U. J. D.

ALIUD.

Non habet hic hyemes & frigora ſæva libellus,
Nomine ne auctoris fors moveare novi
Nobile ſed ver hic, atq; æſtas plenior omni
Æſtate, innumeris ſic ſcatet ille bonis.
Juridicis, mihi crede, bonis, quibus horrea mentis
Inſtrue, dum larga copia meſſis adeſt.
Quæ incubuit terris non lento frigore bruma,
Indicium æſtatis fertilis illa fuit.

Zacharias Schæferus Poët. & Hiſtor.
Profeſſor Tubingæ.

ALIUD.

Si quâ ſede ſedet, verbum eſt ſolenne, ſedendum eſt
Illâ ſede, velut Jus jubet atq; DEUS:
Commoda ſic fuerit ſedes, ſic cedere nunquam
Illâ ſede DEUS *coget & ira Dices.*
Ergò Juſtitiæ quiſquis fers nomen & omen,
Atq; Aſſeſſoris fungeris officio:
Hunc Winteriadis doctum pervolve libellum,
Ornabit ſedes Te tua & aptus eris.

M. Joh. Baptiſta VVeigenmeir Græ. & Lat.
Linguarum Profeſſ. Tubing.

ANTONII

ANTONII VVINTERS
V.I.D. ET ASSESSORIS AVLICI judicij Wirtembergici, Conſiliarius judicialis ſive Aſſeſor.

SI nulla uſquam cauſſa mihi commentandi aliquid de aſſeſſore & ejus officio, certè incitamento eſſe poterat ſupremum dicaſterium Wirtembergenſe, Tubingæ quod claret, optimè cùm principali ordinatione, tum perſonis nobiliſsimis juriſconſultiſsimis & graviſsimis compoſitum, cujus quidem prædicationem mihi ſummo minimè, eſt enim jam pridem incorruptæ juſtitiæ famâ apud exteros celebratum, & auguſtius quàm pro voce & calamo meo, verendumq́; , m maximè in laudando eo vires intendiſ meas, ne per humilis orationis genus nu- nulam obſcuritatis obfudiſſe & culpâ in- ij deterſiſſe potius laudes collegij vide- *Ergò* melius eſſe cum Saluſtio ratus tace- uàm pauca dicere, memor moniti Gel- *noct. attic. c. 2. lib. 19.* turpius frigidè lau- quàm acerbiùs vituperari, illud ſaltem

 volo;

volo; poſtquam gratiâ illuſtriſsimi ac celſiſſimi Principis ac Domini, Domini JOHANNIS FRIDERICI Ducis Wirtembergiæ & Tecciæ, Comitis Montbelgardi, Dynaſtæ Heidenhemij, &c. Domini mei clementiſsimi, indignus licet inclyto iſti collegio ante aliquot annos aſſociatus fui, publicè conſtare, quòd iſtius officij gravitatem & perpendam & ſtudijs meis, quantum per exiguas vires licet, exornem.

Igitur cum cætera per me fiant, quemadmodum par eſſe minimum Aſſeſſorem celebertimi ejus judicij ſpero, ipſum aſſeſſuræ munus ita oculis animoque ſubjeci meo, ut nullam non partem ejus vel quod ad vim ipſam, vel honeſtatem pertinere videretur, inconſideratam relinquerem, ex quo illud animi conceptum mox literis mandavi eo ordine, qui commodus viſus, & extruxi opus, quod nunc non tàm legendi, quàm implendi negotium exhibet, quàm verò jucundum, utile, vel neceſſarium, tuum eſto probe lector æquum judicium, mihi proprij fœtus laudandi verecundia eſt imperata. Si verò quis legendi labor videbitur eſſe, ejus leniendi conſilium habeo, quod fortè non incommodè præmitto, ut bonum virum primò huc afferas, deinde æquanimitatem, ſic ad legendum induſtria creverit, & in his, quæ minùs placebunt carpendis remiſsior eris, undiquaque

quaque autem melior, tùm ſi qua noveris antè & plus ultrà, tamen in communione literaturæ adquieſcens non ſine omni gaudio fueris.

CAPUT PRIMUM.

De ortu & incremento litium, iudicij neceſſitate, tum de perſonis iudicantibus.

SUMMARIUM.

Iudicium ortu poſterius eſt republicâ. num. 1.
Litium materies & cauſſæ enarrantur. n. 2. & ſeqq.
Dominia rerum initiò non erant diſtincta. n. 3.
Communio mater diſcordiarum. n. 4.
A communione receſſum ob cupiditates. n. 5.
Idque neceſſe eſt in rep. moratiſſimâ. n. 6.
Nec eſt hoc à malo. num. 7.
Leges agrariæ à malo fuère. n. 8. & earum origo. ibid.
Agrorum diviſio inter Iſraelitas apta illi populo non omni. num. 9. ut & Spartanorum. ibid.
Communio eſt odioſa, ad quam quis ſe nemo facilè adſtringit. n. 10.
Pœna autem hoc nomine committi poteſt. n. 11.
Communia negliguntur. n. 12.
Ex uſurpatione privati tàm lites oriuntur, quàm ex communione. n. 13.
Maximè quando jus gentium vim patitur. ibid.
In mari hodie termini ponuntur. n. 14.
Iuriſdictio antiquis contenta erat hominum obedientiâ. n. 15.

Ius naturale leges accepit. n. 16.

Naturæ adverſari culpa eſt inexculpabilis. n. 17.

Facundi ſumus in propria culpâ palliandâ. n. 18.

Naufragis res ſuæ contra omne fas auferuntur à fiſco loci. n. 19.

Mendacij citiùs prætextum, quàm Deum approbatorem repereris. n. 20.

Communio nunquam faceſſet, quoad mundus eſt. n. 21.

Quod commune, meum eſt, ænigma. n. 22.

Hîc prohibentis conditio potior. n. 23.

Litigioſæ poſſeſſionis cauſa nutrix litium. n. 24.

Prævenire bonum eſt ſed lites creat. n. 25. & ſeqq.

Vindictæ privatæ modus exceſſus, quod facilè fit, lites parit. n. 26.

In finibus obliteratis occupandis lites metunt. n. 27.

Vigilantia multo plus nimia, ubi de lucro agitur. n. 28.

Res debita vacua inventa occupatur. n. 29.

Altera litium mater eſt dilectio ſui immodica. n. 30.

Charitas benè ordinata incipit à ſe. n. 31.

Sed pleriq; malè ordinant in præferendis ſuis. n. 32.

Ipſe quilibet ſibi proximus id natura etiam animantibus indidit. n. 33.

Cautò opus, ne quid nimis. n. 34.

Charitas vera quæ eſt. n. 35.

Cupiditas mali radix. ibid.

Charitatem veram abnegas, quando juxta te eſt inopi quem non juvas, ut te ipſum juvatum velles. n. 36.

Vtile omnibus nimis benè olet. n 37.

Etiam canonum diſpenſatoribus. n. 38.

Cæſaris fides. n. 39.

Religionis

[Rel]igionis ergò ſubjectio deſerta. n. 40.
[Do]minationis libido erga omnes infidelis. n. 41.
[Ju]ſtitia eſt bonum, quod propter aliud non appetendum, ſed per ſe. n. 42.
[C]ave qui fidi in parvis, ut in magnis cum emolumento decipiant. n. 43.
[F]ortiores qui ſunt hodie, hujus abundat, ſcilicet imaginarium. n. 44.
Minor eſca majoris. n. 45.
Audaces fortuna juvat. n. 46.
Iudicia tandem remedium optimum adverſus omnem iniquitatem. n. 47.
Quo ſive civitas interiret. n. 48.
Libido habendi omnibus innata. n. 49.
Habentes libidinem habendi agrè donant alienant. n. 50.
Tertios eſſe oportet qui judicent & cur. n. 51.
Propria in re quilibet torpet. n. 52.
Sub judicij patrocinio bonis benè eſt. n. 53.
Iudicium antiquius creditum republicá. n. 54.
His autem deficient tres perſonæ adde, quod in paradiſo diſpenſatio erat non iudicium n. 55.
Iudicium omnibus gentibus æqua præcepit neceſſitas. n. 56
Hebræi omnibus gentibus bonas leges commodarunt. n. 57
Forma judicij civilis eſt. n. 58.
Id ſuadet coërcitio, executio & agendi modus. n. 59.
Amphyctiones judicabant inter diverſas civitates civili modo. n. 60.
Objectio quod judicijs carere poſſe videamur. n. 61.
Educatio bona videtur judicium excludere poſſe. n. 62.
Tùm exempla honeſtatis in parentibus. n. 63.

Et conjunctis conſpecta. num. 65.
Et principibus. num. 66.
Exempla fortiùs docent. n. 64.
Æqualitas antiqua neglecta videtur locum dediſſe judiciis & dominationibus. n. 67.
Anabaptiſtæ judicia nolunt. n. 68.
Error humanis ex rebus exterminari non poteſt. n. 70.
Res plures quàm vocabula. n. 69.
Modum tenere in omnibus cœlicolarum eſt non hominum. n. 71.
Animi cauſſa fingere licet aureum ſeculum, non autem reipſa præſtare. n. 72.
Non in omnibus moderna tẽpora deteriora veteribus. n. 73
Communio rerũ Deo diſplicuit poſt lapſum hominis. n. 75.
Deus judicia ſanxit. n. 76.
Iudex à Deo præmia expectat. n 77.
Regiam majeſtatem non minuit judicandi munus. n. 78.
Iudicandi munus onerosum potentes à ſe amandant, & quomodo id rectè fit. n. 79. & 80.
Aſſeſſura hinc hodiè crebrior. n. 81.
Centumvirale judicium ignobilius erat. n. 82.
Perſona in omni actu primò inſpicitur. n. 83.
Sic in judicio judicis. n. 84.
De ejus incompetentiâ exceptio nunquam ſublata creditur. n. 85.
Iudicium nunquam eſt ſine judice. n. 86.
Aſſeſſoris officium variè reperitur tractatum. n 88.
Iuramenti conſideratio valet adverſum otium. n. 89.
Aſſeſſura hodie eſt de connexis officio judicis. n. 90.

Cum bono viro me negotium habiturum dixi, reliquos procul habeo: Jam ingreſſu operis cum Aſſeſſor noſter verſetur in judicio & conſilio, introductionis ergò de harum nominum origine & neceſsitate, tum de perſonis in genere quædam tangere libet. 1.

Eſt autem judicium † ortu paulò poſterius Republicâ. Nam cum homines primò per Sylvarum latebras ſolitudineſque diſperſos & beſtialis violentiæ & aliorum hominum beluinæ feritatis metus in vicos, mox in urbes coëgiſſet, unde arma, mœnia, civitates, reſpublicæ natæ: parum erat externam fugiſſe injuriam, ſi intra mœnia intraq; vallorum congeriem alterum alteri liceret violare, tantoq; deterior hoc modo conditio incluſorum futura, quod cùm minori incommodo, quàm qua de re ageretur, externos adjutores exorare licuiſſet pretio fortè ſi non juſtitiâ ductos, illud ſpecie vallatæ, & ut eò liberior graſſandi licentia eſſet, circummœnitæ ſocietatis prohiberi. Unde ſimul ac in civitate ſortirentur, vel Rex unus, vel plures principes poteſtatem reipublicæ, vel denique omnibus poteſtate ſervatâ adminiſtrationem meliores, non potuêre diem unum & litium & judiciorum materies, nomina uſus deliteſcere. 2.

Unde † autem hæc materia, non neceſſe eſt

 prolixè

litatis redigi nec poſſe nec debere autumo: prout legis agrariæ concinnatores hominibus vulgaribus perſuadere conati ſunt, quod malum Sp. Caſsio & Proc. Virginio Coſſ. Romanæ reip. ferè cum ipſâ libertate populari natum *Liv. lib. 3.* atque deinceps quoad libertas ſtetit, non ſine maximis motibus agitatum, probè rationibus refellit. *Cic. de offic. lib. 2. p. m. 45.* quamvis ſerò nimis poſt patriæ libertatem jam oppreſſam.

Interim † venerari non deſino, quàm Deus Opt. Max. inter ſuos Iſraelitas agrorum in 9.
tribus fecit diviſionem, aptam quidem iſti populo, & paupertatis perpetuæ remedium. *Zepper. de legib. Moſaic. lib. 1. c. 7. & c. 12. fol. 106.* ut & Spartanis ſua agrorum diviſio beata fuit, ſed nulli civitati, quæ multiplicari vult vel jam multiplicata eſt æqua ac commoda ſatis eſt: datâ enim multiplicate ſumma evadit inæqualitas, quin potentiſsimas civitates cernimus eaſdemque beatiſsimas, quæ agrorum ſubſidijs ferè prorſus deſtituuntur.

Cæterùm iſte † diſſociandæ Communionis favor in jure noſtro etiamnunc radices 10.
agit non inutiles, unde ad communionem in civitate noſtrâ nemo compellitur invitus. *l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. ubi Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. ff. de condict. indeb. l. in hoc iudicium. 14. §. ſi conveniat. ff. commun. divid. & l. fin. C. eod. tit. l. 1. ff fam. erciſc.* Imò ſi pacto ſe quis adſtrinxiſſet ad commu-

nionem, eo non obligatur. *d. l. in hoc judicium. §. ſi conveniat. ff. com. divid. l. ſi convenerit. 14. ubi Bart. ff pro ſocio. l. nulla. 70. ff. eod. tit. l. licet. 23 C. fam. erciſc.* Nec juramento. *Alexand. conſil. 18. vol. 2* fortè ſi jus civile attendas, ſecus de Canonicâ æquitate & per conſcientiam. *Schneideuuin. in tract. communi dividund. inſerto inſtitut. num. 19. Gail. lib. 2. pract. obſ. 24. n. 7.* Modò ſocius non ſit rixoſus & à ſuâ parte ſtet in communione. *Gail. d. loc. poſt alios.* nec juſſu teſtatoris, *Schneide. d. loc. n. 21. & ſeqq. Paul. Caſtr. & Iaſon. ad d. l. ſi non ſortem. 26. §. 2. ff. condict. indeb.* reclamante Br. *in d. l. 14.*
11. *ff. pro ſocio Alexandr. d. conſil.* qui † audiendi ſunt ſi pœna appoſita, ut committatur, juxta *l. ſi cui legatum. 92. ff. de condit. & demonſtr.*

12. Nam expedit † pleraque non eſſe communia, utpote quæ ſegnius excoluntur & adminiſtrantur. *tex: in l. 2. C. quand. & quib. quart. pars. debet. libr. 10. t. 34. l. in re communi. 26. ff. commun. prædior. l. ſancimus. 34. §. 2. C. de donat. L. Lucius. §. Cajus ff. de legat. 2. Bodin. lib. 1. de republ. c. 2. n. 12.* quo argumento Socraticam communionem reprobavit. Ariſtoteles *libr. 2. polit. 1.* & rectè Clemens Centurio apud *Tacit.* tarda ſunt, inquit, quæ in commune expoſtulantur privatam gratiam ſtatim mereare, ſtatim recipias. *annal. 1.*

13. ¶ Illa tamen † probata privati uſurpatio mox limites evadit ſuos, quatenus ea, quæ rerum natura & recta ratio univerſis conceſsit, paucis

paucis verò certâ lege quaſi, & conſenſu omnium populorum negavit, adpropriant ſibi homines, unde nova ſeges litium eſt. Id facilè liquet intúenti titulum inſtitut. de rerum diviſione & adquirendo earum dominio: & conferenti, quibus hodie contrarijs vivimus moribus: Mare † principibus acco- 14
lis ultra ſexageſimum miliare ab littore mancipatur, idque apud Gallos judicatum poſt Cacheran. *in deciſſ. Pedemont. Bodin. de repub lib. 1. c. 10.* refert: Mirum quid ni ultrà? Sed lapides poni non poſſunt. Cùm antè † juriſdictio 15.
contenta eſſet obedientiâ hominum, proprietate ſoli relictâ incolis: Longobardi terram & quidquid infrà eſt jure ſuo ſibi adpropriârunt, uti ex hiſtoriâ Matth. Stephan. alicubi probat. Quid miramur † navigationum, 16
piſcationum. Noë Meurer. *pecull. tractat.* Alluvionum. *Gilman. Symphor. Suppl. vot. & deciſ. Cam. Tom. 1. p. 2. tit. 8. vot. 6.* Venationum. *Caballin. tr. de venat. Germ. Roſenth. de feud. c. 5. concluſ. 94.* Et ſimilium alia hodie recepta & præſcriptis verbis injuncta hominibus jura, quibus utimur, *adde Rauchbar. libr. 1. quæſt. iur. 23.* Sic anchoram hodie ſine principis conceſſu non licet in littore maris ejicere. *Bodin. d. c. 10. n. 171.*

Sanè ſi dicas, † culpa eſt naturæ adverſa- 17
rier: ego regero, præſcriptio his omnibus & ſimilibus abolendis ſatis potens; ſi replicatione utaris: Sed filia expulit matrem? reſpondeo,

ſpondeo, quid mirum? Si conſuetudo & malè aſſueti matrem filiæ ſervire jubent. Nemo
18. † certè ad ſuam levandam culpam non nimio plus facundus. *Liv. lib. 18. Terent. in Andr.* tandem inventa cauſa, ſolviſti fidem, *&c.*
19. Sic ſi nulla ratio † ejus juris eſt, quo naufragorum ejectæ res fiſco vindicantur ejus littoris Domini, quò devolvuntur. *quo de Plat. & Luc. de penu. in l. C. de naufrag. Afflict. deciſ. 59. lib. 1. Gail. lib. 1. pract. obſ. c. 18.* Ne planè lucrum execrandum è manibus exeat, Galli vel hanc rationem habent: Error jus facit. *Bodin. de republ.*
20. *lib. 1. c. 10. n.* 171. Quiſquis autem † eſſe aliquod genus mendacij, quod peccatum non ſit, putaverit, decipiet ſe ipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitratur aliorum. *eleganter ſcripſit Auguſtin in lib. de mendacio. relatus can. primum. 8. 22. q. 2. & planè ex animo meo.*
21. Sed quantumvis † poſterior ætas diligenter ſatis invigilaverit præcidendis litium occaſionibus quæ manant ex communione rerum, non tamen omnes ſublatæ, imò impoſſibile eſt omnes tolli, quoties enim mors civis contingit, toties ferè nova communio eſt hæreditate. *tot. tit. ff. & C. famil. erciſ.* Et contingit inſuper communio caſu, vel contractu, vel planè invitis nobis, qui modi notantur. *in §. cum ex aliena & aliquot ſeqq. inſtit. de rer. diviſ. l. 2. & tot. tit. ff commun. divid.*
22. Et mihi † non exigua litium mater videtur

traditio

traditio illa, quæ dicitur: quod commune eſt meum quoque. *quâ de in l. Sabinus. 28. ubi gl. verb. conſtat. ff. Commun. divid.* de quo loco *And. Gail. lib. ſing. de pignorat. cap. 20. per tot. & quos allegat.* Tum etiam illa: † in re communi potior eſt 2
conditio prohibentis. *c. in re communi. 26. de reg. iur. in 6. ubi gloß. Dyn. Pet. Peck. & Dd. & eſt textus in d. l. Sabinus. 28. ff. com. divid. cum ibi notat. Bodin. de repub. lib. 3. c. 6. n. 317.*

Omnium verò † maximè Litigioſæ poſſeſ- 2
ſionis cauſa hominibus ad contendendum Claſsicum ceciniſſe videtur, quotus enim quiſque ad poſſeſsionem præoccupandam non feſtinat cum periculo, præſertim, ubi de ampliſsimis prædijs vel hereditatibus, & regalibus feudis certatur, & ubi quiſque ſe prçventum videt, adverſarium non dejicit ſi poteſt? unde tot nova proceſſuum informativorum, remedij poſſeſſorij ſummariſsimi, Hiſpanorum Interim, Gallorum recredentiæ & Belgarum proviſionalis remedij, ſimiliaque nomina. *de quibus Gail. lib. 1. pract. obſ. c. 6. & ibid. Grav. in Complem. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 18. Symphor. Gilm. Tom. 1. p. 1. tit. 7. fol. 453. nu 3. & ſeqq. & fol. 521. n. 1. Menoch. in prælud. Recuperand. n. 4. & ſeqq. Frider. de proceß. lib. 1. c. 44. & 45. alij.*

Eodem tendunt † alia quoque præventionum jura. *ut l. fin. C. quib. cauſ. in integ. reſtit. neceß. non eſt. l. 1. & t. t. C. quand. lic. unicuique. l. ſi vero. 5. §. Prætor ait. 6. ff. de his qui dejecer. vel eſſud. Oldendorp.*

Digitized by Google

dendorp. claſs. 2. action. in proœm. tit de poſſeſſione pag. m. 133. verſ. qui veriſimilibus. Tum vindictæ priva-
26. tæ, † quo nomine pro loco communi eſt elegans diſputatio Dn. Henrici Boceri J. C. præceptoris Collegæ ac patroni mei ſingularis in claſsibus novis *p. 6. diſp. 1.* Et præoccupa-
27. tionum † *l. 3 l. ergo: 30. §. fin. ff. de adquirendo rer. dom. §. feræ. inſtit. de rer. diviſ. l. 1. §. 1. ff. de adquirend. poſſeſ.* Quibus antiquos fines de quibus nullatenus ſciri poteſt qualiter diſtincti vel cui attributi ſint, juſtè occupantium fieri cēſent. *v. Mynſ. cent. 6. obſ. 26. n. 7.* & vigilantibus
28. † ſcripta jura, quæ vigilantia & præoccupatio facilè tranſcendit limites juſtitiæ, (nam nos de abuſu loquimur, in terminis autem ſuis licita permittimus:) *ut l. pupillus patri. 24. in fin. ff. quæ in fraud. creditor. l. 2. C. de annal. except. l. ſi non expedierit. 6. §. fin. ff. de bon. auth. iud. poſſid. l. at quin natura. 19. §. cum me abſente. ff. de negot. geſt. l. fin. C. depoſiti. & qui textus ſunt ſimiles.* Prout volunt,
29. † quod ſi res putetur deberi, eam vacuam inventam ſine poſſeſſore, occupari poſſe propriâ authoritate. *v. Balb. tract. de præſcript. in repetit. L. Celſus. p. 2. n. 4. & 5.*

30. ¶ Scilicet † præmiſſæ præveniendi commoditati ſocia & conjuncta plerumq; eſt habendi libido in animis hominum; altera jurgiorum parens cum φιλαυτία. Laxatis enim frænis ad occupandum ad præveniendum, ut dictum, jam ſe ipſum & ſuos nemo eſt, qui

non

non diligere velit plus ſatis: nunc infixum
pectori Apoſtoli dictum, liberis theſauriza-
re convenit parentes, nunc demum ab ethni-
ciſmo redimi videmur ſtrenuè, cum dome-
ſticos curamus, &c. & ad unguem tenemus
illud: *charitas † benè ordinata incipit à ſe ipſâ, ut l.* 41.
præſes provinciæ. ubi gloſſ. & Dd. frequenter. C. de
ſervit. & aqua. latè & eleg. Anton. de Padylla hanc
materiam charitatis tractat in Commentarijs ſuper
ea lege: addendus Marant. diſputat. 8. num. 5. & ſeq.
Menoch. libr. 3. præſumpt. 44. Hinc Epiſcopus
† ſuis conſanguineis decimas Eccleſiæ con- 42
cedit licitè præ alijs. *Padyll. d. loco.* modò ta-
men clericis & aliàs idoneis. *can. pervenit. 13. 1.*
q. 3. & prælatus emphyteuſin Eccleſiæ aper-
tam & ſolitam dari non prohibetur conſan-
guineis eam concedere. *cap. dilecto filio. ext. de*
præbend. Duaren. in Comment. in conſuet. Feud. cap. 6.
num. 5. Nicol. Everh. Top. leg. à feud. ad emphyt. Me-
noch. conſil. 79. num. 19. lib. 1. Omnes † norunt 43.
ipſos ſibi proximos eſſe, tanquam jus na-
turâ inditum omni animanti, cum primis
autem homini cum diſcurſu perfectiore. *Cic.*
lib. 1. officior. & eadem ſenſu Plat. 5. de legib. Ariſtot.
7. Ethicor. ad eundem. vide Eraſm. in Chiliad. verb.
proprij commodi ſtudium. Sed hîc magnâ † opus 34.
erat cautione, ne quid nimis, quod ut in
omni genere apprimè utile in vitâ, ita in hoc
momento charitatis maximè, ne ſcilicet pro-
pter ſuum quiſq; emolumentum ſpoliet aut
violet

violet alterum. *Cic. lib. 3. officior. p. m. 56.* & ut at-
35. tendatur potius doctrina. † *diſt. 2. de pœnit. can. charitas. cum ibi notat. prolixè: quibus addi poſſunt multi cann. ſeqq. in dicto autem can. charitas notanter D. Ambroſius refertur dixiſſe: ſicut radix omnium malorum eſt cupiditas, ita radix omnium bonorum eſt vera charitas. can 13. eod. Hippol. à Collib. in conſil. pag. 55.* Verùm quod ille conqueritur apud Terentium in Andriâ: *ut obtineat quid ſibi velit, vide quàm iniquus ſit, neque modum nec quid me orat cogitat, &c.* Idem conqueri in hoc articulo nobis
36. uſu venit: nemo † alienam inopiam ſuam eſſe credit, *contra præceptum can. fratrem. 6. diſtinct. 86.*
37. ſed quibuſdam † imò pleriſque placet, valdè utile fieri honeſtum. *Cic. libr. 3. de officio. p. m. 73.* & tum ipſis æquum eſt eſſe callidis. *Plaut. in Vincul.* Quæſtum ad ſuum cuique. *idem in aſinar.*
38. quid? † quod ipſi Canones faciliùs diſpenſationem concedunt ex utilitate majori. *c. fin. de*
39. *tranſlat. Epiſcopor.* Quemadmodum † Cæſari videbatur, ſi fides unquam violanda, regni cauſa eam violandam eſſe, alijs rebus pietatem colendam; ut *Cic. alibi refert. & ex eo Sueton. in Cæ-*
40. *ſar. p. m. 526.* ſunt quibus † placet, religionis ſervandæ cauſa debitam ſubjectionem Regi vel Principi negari. *v. Albert. Gentil. diſp. 3. omnem vim ſubditis in regem prohibitam.* Dominationis
41. † habendæ libido inviſos facit fratres, ſoceros, generos, parentes liberos. *Liv. lib. 1. & 10. Tacit. annal. 12. 13. & paſſim.* Et nuſquam in univerſa

verſum tuta fides, ubi libido habendi invaluit.
Chaſſan. in Catal. glor. mund. part. 1. conſid. 58. latè.
denique juſtitiam, † quæ maximè per ſe & ob 42.
nihil aliud expetenda. *Cic. lib. 1 de legibus.* ha-
ctenus in ſpeciem colunt, quatenus aptus ſit
adquirendi aliquis modus, quâ juſtitiâ nulla
capitalior, ubi qui decipiunt, viri boni videri
volunt, *ut alibi Cicero loquitur:* Cum in parvis
† fidem ſibi præſtruunt, ut cum operæ pre- 43.
tium ſit, cum magnâ mercede fallant, *id quod*
Q. Fabius graviter dicebat apud Liv lib. 28. adſciſcun-
tur in auxilium occaſio, locus, tempus, quæ
plurimum valent. *Cic. de invent. lib. 2. tom. 1. p. m.*
105. Fabius lib. 3. c. 7. tùm fortes Deos † ſibi adeſ- 44.
ſe ſomniant, Virtutem (vel potius audaciam)
proprium hominis bonum. *uti civilis apud Tacit*
4. hiſtor. Nec verò id adeò primum ortum eſt
à nobis, inquit Thucydides *in orat. Athen. con-*
tra Lacedæmon. Sed ita ſemper comparatum
fuit, ut potentior imbecilliorem coërceat,
ut eleganter Demoſthenes in orat. de Rhodi. libert. qui
rerum potiuntur imbecillioribus interpre-
tantur jus ac definiunt: quid? quod minor
eſt eſca † majoris, wie unſere Teutſchen ſagen: der 45.
ſtärckeſt ſchiebt den ſchwächern in den Sack / *adde*
Dion. lib. 52. in Cæſar. Alciat. lib 2. paradox. 21. tum
nullus contationi † locus eſt in conſilio, quod 46.
non poteſt laudari niſi peractum. *Tacit. lib. 1.*
hiſtor. & ubi pernitioſior eſt quies quàm te-
meritas. *idem in eod.* & ubi jus eſt in manu *Eraſ.*

Chiliad. 1. cent. 6. n. 28. Quid cum illis agas qui neque jus neque bonum atq æquum ſciunt, melius pejus, proſit, obſit nihil vident, niſi quod lubet? *Terent. in Heautont.* Cùm fas atque nefas exiguo fine libidinum diſcernunt avi-
47. di? *Horat. Ode. 18.* Nullum certè remedium, † niſi judiciorum vigor & diſciplina foret: ſurſum deorſum omnia converti eſſe neceſſe. *quod probat Pacuvius Campanis apud Liv. lib. 22. &*
48. *ante ipſum Socrates:* ſubverti, † *dicebat,* Civitatem & patriam in quâ judicia publicè vim non haberent. *ut enim refert Zaſius in l. 2. ff. de Orig. iur. fol.* 149 Habendi libido omnes brevi tempore
49. inflammatura eſſet, quæ innata, † adeoque nemo eſſe fertur quem ipſa non teneat. *l. cura. 4. §. 1. verſ. ex voto. ubi gloſſ. ff. de muner. & honor. Gravett conſil. 811. n. 21.* Nam qui minus attentus ad rem ſit præſumitur ſupinus eſſe. *l. fin. C. unde vi Weſenb. π. ff. de probat. n. 15.* Et hæc cauſa eſt,
50. † cur donationes alienationes & jurium remiſsiones tàm ægrè præſumantur *ad Maſcard. de probat. vol. 3. concluſ. 1226. cum ſeq. eundem in verbo donatio Menoch. lib. 3. præſum. 8. & 10 alios.* Jam
51. in propriâ † causâ quantumvis alias ſapientiſsimum deſipere ajunt, & tertium judicem flagitant. *Sigon. in Faſt. Rom. p. m. 370. ex ore Scip. Afric. tex. in l. un. C. ne quis in ſuâ cauſſ. l. Iulianus. 17. ff. de iudic. can. multi & tot. cauſa 2. q. 1. in decreto Gratiani.* rationem pandit *Terentius in Heautont.*
52. Ita comparatam † eſſe hominum naturam omnium,

omnium, aliena melius ut videant & judicent, quàm ſua, id eò fit, quia noſtra in re aut gaudio ſumus præpediti nimio aut ægritudine. *&c.* quin in foro rarum, ut ſit idoneus ſuæ rei quiſquam defenſor. *Quintil. lib. 4. c. 1.*

¶ Neceſsitatem judicij & imperij puto non nihil aſſertam eſſe, quantum inſtitutum noſtrum patitur, quæ eadem originem quoque monſtravit: non fruſtrà † (inquit Auguſtin. 5
in epiſt. ad Macedon. 54.) ſunt inſtituta poteſtas regis & cognitoris jus, diſciplina, dominantis ſeveritas, habẽt omnia modos ſuos, cauſas, rationes, utilitates, hæc cùm timentur & Mali coërcentur, & quietiùs inter malos vivunt boni. *can. 18. cauſ. 23. q. 5. adde can. res autem. can. adminiſtratores & tot. q. 5. d. cauſ. 23. Speculat. p. 1. tit. de offic. omn. iudic.*

Jam ſi quis judicium † antiquius republicâ eſſe opinari velit, eum ſuo ſenſu abundare non veto: id quod *poſt Speculatorem in proœm. ſui operis. n. 24. & Archidiac. ſentire videmus Marantam in Specul. p. 3. n. 133. Vide tamen Zepper. leg. Moſaic. lib. 5. c. 13. p. 782. Dn. promotorem & affinem meum perpetuò obſervandum Ioh. Harpprecht. IC. in præfat. proceſſ. iudic.* Mihi, ut dictum, judicium eſt poſt rempublicam ortum † tribus perſonis judice authore & reo regulariter conſtans, legitimè diſceptantibus, ut lites ſopiantur. *addit. Iohan. Andr. ad Speculat. tit. de actor. in pr. Chilian. König proceß. c. 1. Weſenb. π. C. de iudic. n. 2. & in ſupplem.* 54
55

Schneid. tit. inſtit. de offic. iud. n. 2. Vultei. lib. 2. iuriſp. Rom. c. 1. Duaren. ad tit. ff. de iudic. in pr. Marant. in ſpec. p 2. pr. Sichard. ad rub. C. de iudic. Schrader. tract. feud. p. 10. in praeamb. Rosbach. in proceſſ. iud. tit. 1. n. 3. ubi latiùs definitionem rectam eruit, quod nunc non indago.

56. ¶ Materiam judicij † ex jure gentium eſſe non inficias eo cum Rosbach. *d. loc. n. 32.* & communem neceſsitatem omnibus gentibus judiciorum ordinationem expreſſe. *Pa-*
57. *norm. in c. dilecti. de iudic.* apud Hebræos † cæptam, à quibus omnes leges in nationes alias derivatæ, primùm in Ægyptum, inde in Græciam. *Zepper. d. tract. de legib. Moſaic. lib. 1. c. 13.* Atque actiones non juris civilis, ſed gentium eſſe latiùs probat D. Harpprecht *ad tit. inſtit. de action. in pr. n. 14. & multis ſeqq.*
58. Sed forma & uſus † judicij unius, quomodo inter gentes & reſpublicas diverſas conſiſtere poſsit non diſcerno: judicij enim finis, qui eſt, ut jus ſuum cuique tribuatur. *Mynſing. in princ. inſtit. de action. n. 16.* Non nudis verbis & diſputationibus ſed manu militari. *ut l. qui reſtituere. 68. ff de rei vindic.* requirit ungulas & arma militis, diſciplinam dominantis. *ut ſuprà. d. can. non fruſtrà. 23. q. 5.* & totum judicium eſt in
59. † coërcitione civili, ſine quâ omnis ſententia foret eluſoria *latè Coler. de proceſſ. execut. in præfation.* Jam propone duas Reſpublicas, liberam utramque, neutra certè judicem dare poterit

rit ſine præjudicio libertatis alterius reipublicæ, ſubdito alterius invito eidemque reo. Id quod Magiſtratibus populi Romani ſeriò interdictum erat, ne in liberos populos de pecunijs creditis jus dicerent. *Cic. in Piſon. & de provinc. conſul. Forſter. hiſtor. iur. Rom. lib. 1. c. 29. n. 26.* Si autem utraque dat judices, novo placito id fieri oportet, non juris gentium præcepto, tum etiam novam procedendi formam præſcribi, nam nec hanc fert jus gentium. Sed objicias licet † judicium Amphyctionum, 60.
commune liberarum Græciæ civitatum concilium *Cic. lib. 2. de invent. p. m. 111. Fabius lib. 5. c. 10. Strabo lib. 9.* Nec hujus alia fuit conditio, quàm ut monui, cùm quantum ad hunc actum diverſæ reſpublicæ quaſi in unum corpus coierint & unam civitatem repræſentarint, civili modo adminiſtratione & executione perfectâ.

¶ Perceptum eſt, inquias, judicium ſummâ neceſsitate expreſſum; ergò fortè † ma- 61.
lum eſt tamdiu tolerandum, quoad neceſsitas durat: itaque mihi ne conſilium quidem videtur, ubi neceſsitas eſt, *inquit Fabius. l. 3. c. 10.* ſicut notiſsimum quodque malum maximè tolerabile dicebant apud *Liv. lib. 22.* & tamen manet odibile malum neceſſarium *Lamprid. in vit. Alexand. Sever.* hujuſmodi neceſſaria † non 62.
placent, ſi queant mutari, nunc cum non queo (*dicit Terentianus ille Mitio in adelph.*) æquo

 animo

animo fero. Quodnam igitur remedium exhibes aliud, quo tranquillitas civitati inſeratur? Primum eſſe debebat recta & pia educa-
62. tio † juventutis, quam egregiè commendat Fabius *lib. 1. c. 2. inſtit. orator. Hippol. à Collib. in Palatin. pag. 82. & ſeq. & huc referri quæ de educatione in corpore ſuo Politico quod noviſſimè in diſputationes redigit D. Chriſtoph. Beſold. IC. patronus ac compater meus multis nominibus venerandus, diſp. 3. in princ. Amiſæ. Po-*
63. *lit. lib. 1. c. 8. alij.* eſſe debebant exempla † honeſtatis primò in parentibus: plerumque (*inquit Cicero*) parentum præceptis imbuti ad eorum conſuetudinem moremq; impellimur, *& mox*: Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis, omnique patrimonio præſtantior, gloria virtutis rerumque geſtarum. *lib. 1. offic.* poſt parentes in ſenioribus perſpe-
64. cta; exempla in primis † hoc in ſe boni habent, quod approbent quæ præcipiunt fieri poſſe. *Plin. in Paneg. ad Trai.* nam exemplis plus moventur mortales, quàm pœnis. *Warem. ab Erenberg. in meditam. pro fœder. n. 32. & quos allegat.* ut quæ diutiùs durant, quàm mores. *Tacit. lib. 4. hiſtoriar.* quàm ſimulacra vultus. *idem in Agri-*
65. *col.* Maximè cum † ſanguine juncti virtutum præclara ſpecemina præferunt, tum enim juniores formam mentis eorum tenere & exprimere diſcent non per alienam materiam & artem ſed ſuis ipſi moribus. *Tacit. ibid. in fin.*
66. Quantâ autem cum correctione † morum

con-

junctum ſit, ſi principes viri probitate ci-
itibus prælucent, videre eſt in hiſtoriâ
mæ priſci regis Romanorum, is, cùm ob
ignem juſtitiæ ejus opinionem intereſſe
bus humanis cœleſte numen videretur, eâ
etate pectora omnium exemplo ſuo imbu-
at, ut fides & juſiurandum propulſo Le-
im ac Pœnarum metu Civitatem regerent,
cùm ipſi ſe homines in regis velut unici
templi mores formarent, tũ finitimi etiam
opuli adducti ſunt, ut civitatem violari du-
erent nefas. *Livius lib. 1.* Sic præcipuus adſtri-
ti moris auctor Veſpaſianus fuit, antiquo
pſe cultu victuque, obſequium inde in prin-
ipem & æmulandi amor, validior quàm pœ-
na ex legibus & metus. *Tacit. annal. 3.* haud ali-
ter prorſus cenſurâ ſuis temporibus de pro-
prijs moribus geſsit Alexander Imperator.
Lamprid. in vit. ubi ſequitur: imitati ſunt eum ma-
gni viri, & uxorem ejus matronæ pernobiles:
Quid? quod vetuſtiſsimi † mortalium nullâ 67.
adhuc malâ libidine ſine probro, ſine ſcelere,
eoq; ſine pœna aut coercitionibus agebant,
neq; præmijs opus erat, cum honeſta ſuopte
ingenio peterentur, & ubi nihil contra mo-
rem cuperent, nihil per metum vetabantur:
at poſtquàm exui æqualitas, & pro modeſtiâ
ac pudore ambitio ac vis incedebat, prove-
nêre dominationes aut leges, &c. *Tacitus d. an-
nal. 3. in diſcurſu de origine iuris, ubi altius originem*

 magiſtratus

magiſtratus ſeu ut ipſe vocat dominationis repetere videtur, quàm Pomponius. in l. 2. §. 1. ff. de orig. iur. His ac-
68. cedit † Anabaptiſtarum ſecta judicia exterminantium è republicâ Chriſtianâ.

Verùm enimverò ut multum facere exempla & inſtitutionem & bonam naturam ab nocentibus corruptelis præſervatam fateamur, ita omnia facere poſſe, quin nulla planè lites generentur pernegamus: da optimos, da juſti amantiſsimos cives, an perinde
69. in omnibus rebus, quæ plures ſunt † quàm vocabula *l. 4. ff. de præſcript. verb. & quas ob multiplicitatem recenſere eſt impoſsibile. l. neque leges. l. non poſſunt. ff. de legib. l. ſed etſi. 5. verſ. multi enim caſus. ff. ex quib. cauſ. maior. quorum omnium habere memoriam divinitatis potius quam humanitatis eſt. l. 2. §. ſi quid autem. C. de veter. iur. enud. Vanti. de nullit. tit. de null. ex*
70. *def. iuriſd. n. 7.* Certitudinem † juris & facti dederis? imò extermina meum & tuum pernitioſa nomina, quæ ſi non eſſent, tum demum noſtri eſſemus poſt *Senecam Speculat. in proœm. ſui*
71. *oper. n. 25.* an modum † communionis omnium rerum ſtatuere poteris? an inſatiabilem cupiditatem frænis inhibere? an infirmitatem humanam, à qua tamen nemo alienus, *ſi Terentiano Chremeti credimus in heautont. vel Virgilio: Neſcia mens hominum ſervare modum. 10. Æneid.* tollere & in perfectionem redigere: illud Verius; crimina omnia vitare eſſe ſuprà ſortem humanam. *ut B. Hieronymus epiſt. 83. teſtatum reliquit can.*

primum.

num. diſtinct. 25. adde ibid. tot. diſt. & tot. q. 1. cauſ. 15.
eniqúe † finge: 72.
Saturni gentem haud vinclo nec legibus æquam,
Sponte ſuâ veteriſque Dei ſe more tenentem.
Virg. Æneid. lib. 7.
d quidem licet animi & oblectationis gratiâ, on autem in rei veritate tales unquàm cives ujuſpiam reipublicæ fuerunt, neque reperi-i poterunt in ullâ orbis terrarum parte; quin um culice ſemper clamandum:
Heu quid ab officio digreſſa eſt gratia?
Præmia ſunt pietatis ubi? pietatis honores
In vanas abiêre vices & rure receſſit
Iuſtitiæ prior illa fides. *apud eundem Virg.*
Fortè rebus † cunctis ineſt orbis, ut quemad- 73.
modum temporum vices, ita morum & vitiorum mutentur: nec omnia apud priores meliora. *Tacit. annal. 3.*

Reſtat igitur ut dicamus judicium bonum eſſe & ſalutare donum Dei, ad benevolentiam, concordiam & æquabilitatem inter homines ſartam tectamque conſervandam, ſine quo † tanquam legum interpretamento nul- 74.
la ſtare reſpublica diu poteſt. *Cic. pro Cluent. idem lib. 1. de orat. c. cum omnes. de conſtitut. c. novit. de iudic. tot. tit. ff. quod quiſq. iur. Mynſing. centur. 3. obſ. 4. Rosbach. tit. 1. n. 59.* Cæterùm quòd reipublicæ Chriſtianæ vetita judicia ſunt minimè, id latiùs firmant & evincunt. *Zepper. de legib. Moſaic. forens. lib. 5. cap. 1. & ſeqq. Iunius. quæſt. Polit. 80. Dn.*
 Harpprecht,

Harpprecht ad tit. inſtit. de action. in princip. n. 39. & ſeqq. poſt Theologos. & verſatur in eo Decretum Gratiani cauſ. 14. q. 1. & cauſ. 23. q. 1. cum ſeqq. Nos Deo,
75. † cui communio rerum poſt lapſum hominis non placuit ampliùs, prout dixit, *Gen. 3.* in ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *Speculat. in procem. oper. ſui. n. 25.* judicium habemus, qui
76. ſanxit † *Levit. 19.* non facies iniquum aliquid in judicio. *Deuteron. 24.* non pervertes judicium advenæ & pupilli, &c. *Ierem. 22.* facite judicium & juſtitiam & liberate oppreſſum de
77. manu calumniatoris: Judex verò eſt Dei † miniſter, *Gen. 9. Exod. 18. Deuter. 1. 2. Paral. 19. Sap. 19. Rom. 13. Zepper. latiùs d. loc.* Cui Dominus ſi rectè & piè adminiſtrat, temporalia & ſempiterna præmia præſtituit. *Stiatic. pract. obſerv. cap. 24. n. 36. & multis ſeqq.*

78. ¶ Ergò laudabiliter † omnes Reges & Principes majeſtate ſuâ digniſsimum fecerunt, qui ſceptrum judicij exercuerunt ipſi, ut fecit Salomon rex ſapientiſsimus. *1. Reg. 3.* Et ante ipſum alij Principes Iſraëlitarum, fecêre idem Reges gentium, unde perpetua divinitatis nomina & honores apud poſteritatem. Minoï Rhadamanto, Æaco, qui judices inferorum poſtmodò crediti. *Plat. in Gorg. Plutarch. de ſer. num. divin. vind.* Ariſtiti qui paſsim Δίκαιος appellatus. *Plutarh. in vit.* Idem traditur de primis Romanorum regibus. *Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæſt. 2. n. 6.* Et Conſulibus,

quòd

uòd litibus privatorum diſceptandis operam ſuam commodârint. *Coraſ. in l. 2. §. deinde cùm placuiſſet. ff. de orig. iur. num. 3.* Idem muneris ſuſcepiſſe non piguit potentiſsimos Cæſarum, Julium, Auguſtum, Tiberium, Claudium, Trajanum, Hadrianum, teſtes *Dion. Sueton. Tacit. alios, citat Coraſ. ad d. l. 1. n. 2. ff. de offic. Aſſeſſor.* Idque initiò neceſſe erat, uſque dum firmato † imperij ſtatu pro dominatione 79.
unius, alij hanc curam à ſe amandarunt Imperatores, quod an hodie fieri per Principes ac rerum Dominos ſit honeſtum ac conſultum, quæſtionis eſt inter Politicos, communis videtur eſſe opinio, non convenire dominis terrarum judicationem privatarum litium præeunte *Bodino libr. 4. de republ. c. 6. v. Dn. Beſold. tract. de appellat. c. 1. Arniſ. Polit. cap. 16. fol. 371 & ſeqq.* Quam probo, dummodo † non clau- 80.
dantur Principes noſtri & per omnia ita formentur, ne quid ſciant. *Lamprid. in Alexand. circ. fin.* neque id, quod datum neceſsitati & impoſsibilitati. *l. præcipimus. 32. pr. C. de appellat.* Vertat in otium vel contemptum ſanctiſsimi muneris, datâ potiùs operâ rebus ludicris & contemptibilibus. Sanè quidquid id ſit, † credo 81.
laborum ſublevatio principalium, aſſeſſuram fecit crebriorem: cernimus enim paſsim ordinaria judicia in principum aulis conſtituta litibus privatorum judicandis: ſicut olim cum creſcente republica creſcens negotiorum

rum

rum moles exprimebat prætores privatarum controverſiarum. *Gothofred. in fragm.* x I I. *tabu. tit. de Magiſtratibus. §. iuris diſceptator.* & alios hujuſmodi Magiſtratus. *Arniſ. d. cap. 16. pag 365.*
82. Tùm centumvirale † judicium, concurrens in privatis cum judicijs à prætore conſtitutis, præterquàm quòd cauſæ leviores hîc tractarentur, nec ullus Orator excellens eò deſcenderet. *Quintil. in Dialog. de vet. & nov. Orator. Forſter. hiſtor. iur. Rom. lib. 1. c. 27. n. 6.*
83. ¶ Cæterùm ut † in omnibus negotijs prima inſpectio eſt de perſonis. *tex in l. quidam referunt. 14 § 1. ff. de iure Codicill. c. ad diſſolvendum. §. 1. ext. de deſponſ. impub. ubi gl. in verb. accuſari. l. 4 ff. qui teſtam. fac. poſ. latiſsimè Schrader. tract. feud. p. 10. in præamb. Gail. lib. 1. obſ. 97. n. 13. in fin. Menoch. lib. 6. præſum. 13. num. 4. & ibi per tot. fuſiſsimè Carol. de Graſſu. in tract. exception. ad mater. ſtatut. exclud. om. excep. cap. 4* & exceptio inhabilitatis perſonæ nunquam continetur, quando aliàs remota exceptio eſt. *Menoch. lib. 2. præſump. 48. n. 6. & ſeq. Graſſ. d. loc.* Sic in judicio idem uſuvenit, ubi
84. judex † dux, fundamentum & Imperator eſt. *Bal. in rub. C. ſi à non compet. iud. Vanti. de nullit. proceſſ. t. de nullit. ex defect. iuriſd. ordin. à princip.* & omnium prima quæſtio de perſona judicis. *Weſenb. in parat. ff. de iuriſd. in pr. Petr. Frider. lib. 2. de mandat. c. 3. n. 4. Gabriel. com. concl. tit. de ſtatut.*
85. *concluſ. 3. n. 1.* Qui ſi eſt incompetens † poteſt hoc nomine excipi etiam eo caſu, quo per legem

gem ſtatutum reſcriptum vel renunciationem omnes exceptiones eſſent ſublatæ. *Coler. de proceſſ. execut p. 4. cap. 1. n. 54. & ſeqq. Schrader. de feud. p. 10. in præamb. maximè. n. 32. 33. & ſeqq. latius Graſſ. d. tract. except. 18.* Aliquando judicium † procedit ſine actore aliquando ſine reo. *Maranta. in Spec. p. 2. in pr. Chilian. König in proceſſ. c. 1. Schrader. d. p. 10. in præamb. num. 2. 3. 4. & ſeqq.* nunquam autem ſine judice. *Schrad. & cæteri dict. loc.* 86.

Judex iterum in diverſas perſonas † abit, quidam judicat principaliter, quidam acceſſoriè: ſic inter judices emergit Aſſeſſor: qui portio judicis dicitur *l. omnis. C. Theodoſ. de iis qui administr. vel offic. publ. Ger. Cuiac. π. C. de Aſſeſſor. dom. & Cancell iud. & ad l. 2. ff. quod quiſq. iur. in al. ſtat.* 87.

Jam cum indigno mihi Aſſeſſoris contigerit functio divino beneficio, ut initiò monui, & cum nec olim, ab legislatoribus hæc neceſſaria juris & judiciorum particula † ſit neglecta, ut apparet *ex tit. ff. & C. de offic. Aſſeſſor. de Aſſeſſorib. domeſtic. & Cancellar. iud. ex Nov. 17. 60. 82. cap. ſtatutum. §. Aſſeſſorem de reſcript. in 6* Cammergerichts Ordnung. *p. 1. tit. 3 & ſeqq.* Fürſtlich Wirtembergiſch Hoffgerichts Ordnung. *p. 1. tit. 3. & paſſim.* & quas ordinationes ſimiles alij Principes ac ſtatus imperij vigore juriſdictionis territorialis ubique fecerunt & adhuc facere poſſunt, tum apparet ex variorum Jureconſultorum ſcriptis, quibus aſſeſſuræ materiam commentarijs ſuis illuſtraverunt creberrimè 88.

ac doctiſ-

ac doctiſsimè, ut videre ex parte eſt apud Ludov. Schrader. *in ingreſſu ſectionis eius decimætertiæ, partis decimæ, tractatus feudalis*, tunc ex infrà allegandis: Cùm denique eandem materiam cognoſci & ediſci juramenti præſtiti ratio à me
89. deſideret, cui † nullum otium anteponendum. *l. fin. C. ad leg. Iul. repetund. ubi not.* Robert. *rer. iudicat. lib. 3. p. m. 28. & ſeq.* Igitur præſens opuſculum de eodem ſplendido juris noſtri articuló componere libuit, eò magis, quod uſus aſſeſſuræ hodie ſplendidior eſt quam Romanorum temporibus: quando in portionem conſilij, quod ſequi vel reſpuere integrum erat judici, vocati duntaxat erant hodie partem poteſtatis judicandi complecti noſcuntur Aſſeſſores conſuetudine ferè generali: ut infrà apparebit: ſitque propterea Aſſeſſoris
90. officium † hodie de connexis officio judicis Roſenthal. *de feud. c. 12. concl. 9. n. 6. & ſeq.* & de utroque idem judicium. *Hyppol. de Marſil. ſingular. 521. & ad rubr. de fideiuſſ. n. 215. ſeqq.*

CAPUT SECUNDUM.

De conſilio in genere, eiuſque diviſione, ubi emergit conſiliarius iudicialis qui eſt Aſſeſſor.

SUMMARIUM.

Conſilium ab æterno ortum, num. 1. & 6.
Eius neceſſitas. n. 2.

Facti

i ignorantia omnes decipit. n. 3.
cipes reſcribunt, ſi nihil fallis. n. 4.
cipum imaginatio divinitatis eſt arrogans. n. 5.
rantia paſſim præſumitur. n. 6.
ſilio in vita nil prius. n. 7.
entia habitat in eruditis cogitationibus. n. 8.
m ſuis fidere ſenſibus temeritas eſt. n. 9.
entia regentes decet. n. 10.
cenam illa. n. 11.
inus orbis, conſilij dominus eſt minimè. n. 12.
re qui non didicit, neſcit imperare. n. 13.
is arcere principes, id non eſt benè informare. n. 14.
rina non obeſt ad regimen. n. 15.
ns nunquam inanis. n. 16.
ilia move & moves fulcra imperij. n. 17.
ipi odium parit ſpernere conſilia aliorum. n. 18.
ilio nemo privatus carere poteſt. n. 19.
ſcientia ab idiota quovis deſideratur ſuo modo. n. 20.
a eſt, non conſulere peritiores. n. 21.
i vitium primum ignorare ius. n. 22.
arum ignari Magiſtratus Romani, artis regendi inimè imperiti erant. n. 23.
quibus conſulebant. n. 24.
ſtratus Aſſeſſores adhibentes nihil luebant ob malè dicatum. n. 25.
in conſilijs habendis fortè immodici ſumus. n. 26.
a eius rei ratio. n. 27.
onſultò dijudicari debent hodie. n. 28.
ere, n. 29.
ltores quos eligas intereſt plurimi. n. 30.

Non

Non malitiâ cretos. num. 31.
Conſiliarij boni inſtrumentum boni imperij. n. 34.
Mali eradicantur tandem. n. 33.
Conſilium pro conſeſſu honorabilium accipitur. n. 35.
Eius diviſio. n. 36.
Publica & minus publica aliter dicuntur ac in corpore iuris iudicia n. 37.
Summa conſilia imperij noſtri. n. 38.
Publica aliter dividuntur. n. 39.
Modo quodam publica quæ? n. 40.
Territorialis iuriſdictio repreſentat Cæſarem in territorio. n. 41.
Conſilium privatum quid? n. 42.
Conſiliorum alia diviſio. n. 43. & alia. n. 44.
Conſilium dividitur ex obiectis. n. 44.
Armorũ poteſtas ſuo modo ad ſtatus Imperij ſpectat. n. 45.
Id Cæſareæ eſt eminentiæ. n. 46.
Togatum conſilium dividitur. n. 47.
Conſilium Eccleſiaſticum etiam in ſtatus Imperij ſeculares cadit. n. 48.
Conſilium ſeculare diſtribuitur. n. 51.
Senatorium conſilium quid agit. n. 52.
Quotuplex? n. 53.
Secretum conſilium. n. 54.
Tacentur ægrius, quæ multis credas. n. 55.
Iudiciale conſilium. n. 56.
Hoc vindicat Aſſeſſorem. n. 57.
Cenſorium conſilium quò pertinet. 58.
Pergit quomodo conſilia præcedentia inveniantur inter modo quodam publica. n. 59.

Negotiorum

Negotiorum genus quodvis ſuos requirit Conſiliarios. n. 60
Eccleſiaſticum conſilium quæ occupant. n. 61.
Geheime Råth. n. 62.
Politicum conſilium rectiùs iudicialibus non miſcetur. num. 63.
Matrimonialia & feudalia huc magis pertinent. n. 64.
Criminalia minùs. n. 65.
Civilia ad aulam pro primâ inſtantia trahi confuſionis eſt. num. 66.
Eccleſiaſticorum bonorum adminiſtratio & diſpenſatio ſeparata eſſe debet à ſecularibus. n. 67.
Et hac confuſione peccari graviter. n. 68.
Iudicialia conſilia præcipua ducatus Wirtembergenſis attinguntur. n. 69.
Summa appellabilis vor ein Stattobergericht in Wirtemberg. n. 70.
Summa appellabilis vor das Hoffgericht daſelbſt. n. 71.
Inde non appellatur ulterius. n. 72.
Wirtembergia diviſa in duas diœceſes & hæ ſingulas habent metropoles. n. 73.
Metropolitana iudicia habent ſuam cognitionem ultimam. n. 74.
Aulici iudicij Præſes & Aſſeſſores habent iuriſdictionem ordinariam. n. 75.
Id iudicium non capit querelam ſimplicem regulariter. num. 76.
De concurrentiâ hîc non diſputatur. n. 77.

SED enim antequàm ad rem ipſam manum applicem priùs de conſilio paucâ præ-

præmittenda ſunt, nam & hæc conſideratio nos commodius ducit, quò volumus: Con-
1. ſilium ortum † habet ab æternitate & antiquius eſt omni creatura. *Gen. 1.* quàm autem
2. neceſſarium † ſit regenti Xenophon. *in Cyropædia* monſtravit: *Pauca videt unus aliquis (inquit) pauca audit; at principis oportet multas eſſe aures, multos oculos*: Omnia enim ſcire divinitatis potiùs, quàm humanitatis eſt, *inquit Iuſtinian. in confirm. Digeſtor. §. 14* & ſi detur talis princeps, in quem Salomonica planè ſapientia cadat, tamen in facto falletur noſcendo, hujus enim ignoran-
3. tia † etiam conſtantiſsimos fallit *§. ſi quis agens. Inſtit. de action. l. quæ de tota. 76. §. 1. ff. rei vindicat. l. fin. ff. pro ſocio.* & quàm frequenter fefellerit omni tempore Principes facti inſyncera perſuaſio, docet *tit. C. ſi contra ius vel utilit. publ. ubi reperis Antoninis Conſtantinis optimis illis & alijs Impp. huius rei confeſsionem expreſſam.* prout Impp. Valerian. & Gallien. *in l. 1. C. de ſentent. ex brevic. reci-*
4. *tand.* præmittere † reſcripto coacti ſunt: ſi nihil fallis, *quod notat ibi Sichard. n. 6. vide plura apud Vanti. de nullit. tit. de null. ex def. iuriſd. de leg. n. 58.*
5. Ergò arrogantes † Principes facilius ſibi fingere divinitatem, quàm bonam humanitatem præſtare potuerunt. *Pet. Gregor. de repub. c. 2. & 3. lib. 5.* prout Scylax Indorum Reges ſibi finxerat tantò ſubditis præſtantiores, quantò Dij mortalibus: *Bodin. libr. 4. de republ. cap. 6.* Nobis vera manet jureconſultorum doctri-

na,

na, paſsim † & ſic etiam in regibus, ignoran- 6.
tiam præſumi: *Ioſ. Maſcard. de probation. in verb.
ignorantia.* porrò conſilium eſt res divina. *Eraſ.
in adag. verb. conſilium. Petr. Peck. in cap. nullus ex
conſilio. n. 62. de Reg. iur. in 6.* quo † nihil prius in 7
vitâ: *Quintil. lib. 6. in fin. videatur Grutter. in diſcurſ.
ad Tacit. 1.* Non igitur datur vel nativitate, ut
plerumque regnum, vel fortunâ, ſed ſapien-
tia † habitat in eruditis cogitationibus. *Prov.* 8.
Salomon. 8. qui autem de ſua † unius ſententiâ 9.
omnia geſſerit, quocunque licet genitus pa-
tre, temerarius magis quàm ſapiens eſt. *Liv. li.
44. Arniſ. Polit. c. 15. Grimal. de opt. Senator. p. 10 &
in pr. paſſim.* Unde eas † reſpublicas beatas dixit 10.
Plato quarum rectores ſtudioſi Sapientiæ eſ-
ſent. *poſt Boet. de conſol. proſ. 4. Lipſ. in polit. c.* Sa-
pientiæ † inquam non tàm videndo meliora 11.
& probando, quàm etiam ſequendo. *Arniſ. in
præf. Polit.* & ſicut Plinius loquitur epiſt. 2. quæ
Philoſophi docent, in uſu habendo. *adde Hipp.
à Coll. conſil. pag. 60. & ſeqq.* Iſtud quidem du-
bium non eſt difficilimum quin ſit, imperan-
di in reliquis aſſueto, capite potiſsimâ homi-
nis parte, id eſt, intellectu, obedire inferio-
ribus, verùm in cæteris ratio non aliter con-
ſtet, quàm ſi uni reddatur, ut Tiberius loqui-
tur apud Tacitum, in uno autem † hoc impe- 12.
rans ſenatum publici conſilij Dominum eſſe
patiatur. *Cic. 2. de legib.* ingeniorum enim do-
minium nemo unquam tyrannus potuit adi-

 piſci,

piſci. qui contrà tetenderunt ſibi dedecus, illis gloriam pepererunt. *Tacit. annal. 4.* rectè Livius: *excellentibus, inquit, ingenijs citiùs defuerit ars, quâ civem regant, quàm quâ hoſtem ſuperent. lib 22* ob illud ipſum, quod hæc res armis & lacertis, illa conſilio & quietè cum modo parendi
13. expeditur: Cùm nemo † aptus ad regimen ſit, qui parere non didicit *cap. cum in magiſtrum. 49 de electio*n. taliter eruditum voluit filium ſuum Ludovicus XI Galliarum Rex, ut propriæ temeritati aliorum conſilia præponeret, arcendo eum ob id ab literis humanioribus.
14. *Paul. Æmil. lib 10.* ſed fortè † bono fini malo medio: melius Alexander Imperator, qui ſi hodie viveret, verè Doctoreus Cæſar dici me-
15. reretur, quid ille? ipſe doctiſsimus, † in militaribus ſine conſilio militarium, in cæteris nihil ſine prudentibus decrevit. *Lamprid in vit. eius.* ubi mox quanto cum fructu hoc fecerit, hiſtoria his verbis exprimit: *Alexander Severus ideo ſummus Imperator fuit, quod Vlpiani conſilijs præcipuè rempublicam rexit.* Verum enim eſt, quod beatus Ambroſius lib. 2. de Jacob & vita bea-
16. ta dixit: *Sapiens † nunquam inanis eſt, ſemper in ſe habens amictum prudentiæ, qui poteſt dicere, iuſtitiam induebam & veſtiebam iudicium, ſicut dixit Iob, namq; hæc mentis ſunt interna velamina, quæ nemo poteſt diſpoliare. relatus in can. Sapiens 37. diſtinct. 2. de pœnit.*
17. & in † univerſa vitâ audiendo & legendo, cōpertum, omnia regna, & civitates uſque eò
proſperum

proſperum imperium habuiſſe, dum apud eas vera conſilia voluerunt. *Saluſt. ad Cæſar. de republ. ordinand.*

Sed cives † ubi conſpexerint negligi à Prin- 18.
cipe conſilia prudentiorum, diffidentiam concipiunt de geſtis ejus, quam ſi aliquando ſiniſter eventus, iniquus alioqui bonorum conſiliorum cenſor, confirmaverit, vertit in odium vel etiã exitium principis, quod exemplis illuſtrant. *Bodin. lib. 3. de republ. c. 1. Arniſ. Polit. c. 15.* Cum vice verſa communicatum alijs conſilium ubi malè cecidit, vulgò ad incuſandum Conſiliarios ſemper ſint proniores, Principem bonum dicat Conſiliarios malos. *Pet. Gregor. 24. de rep. 3. Fur. Ceriol. de concil. & conſil. cap. 4. §. 1. Plura de conſilijs qui velit, videre poteſt apud Grimal. de optim. Senat. Hipp. à Collib. Barthol. Philipp. de Conſiliar. Frid. Fur. d. tract. Warem ab Erenberg. meditam. pro fœder. num. 10. & ſeqq. Lancellot. Conrad. in templ. om. iud. lib. 1. c. 1. ad verb. conſultatione uti Matth. Stephan. tract. de iuriſdict. lib. 3. p. 1. c. 5. n. 15. nobis ſuffecerit hæc prælibaſſe.*

¶ Hæc cum ita ſe habeant in publicis, eſt
etiam, quod † in privatis conſilij neceſsita- 19.
tem adſtruam: quicunque in eam aſcendit ætatem, ut ſuis ipſe negotijs de jure præeſſe poſsit ac debeat, quod contingit, cum viginti quinque annorum factus eſt, ab hoc perfecta ſcientia requiritur, nedum ejus, quod dicto ac facto opus, ſed etiam juris publici † & 20.
privati,

privati, quantum hoc ad ipſum pertinet, etiamſi idiota fuerit, *quod noſtri prolixè tractant Weſenb. π. ff. & C. de iur. & fact. ignorant. & ad tit. C. de iur. & fact. ignor. latè Anton. de Padyll. Balb. tr. de præſcript. ad l. Celſus. tot. part. 1. Maranta multis in l. 15. poteſt. ff. de adquir. hered. Maſcard. de probat. in verb. ſcientia & verb. ignorantia. Menoch. de præſum. lib. 6. c. 23. alij plenâ manu.* Idque ob hanc unicam
21. cauſam, quia quod † ipſum fugit, hoc conſulere ſapientes tenetur, & ſi poſt habuit, culpa hæc ipſi nocet. *Bodin. libr. 3. de republ. c. 2. nº. 271. in fin.* Scientiam eam obſervandam Pomponius ait, nō quæ cadit in juriſprudentes, ſed quam quis aut per ſe aut per alios adſequi potuit, ſcilicet conſulendo prudentiores, ut diligentiorem patremfamiliâs conſulere dignum ſit, *l. 2. §. fin. ff. quis ord. in poſſeſ. ſervet. & in l. in bonorum 10. ff. de bon. poſſeſ.* inquit Paulus: in bonorum poſſeſsionibus juris ignorantia nō prodeſt, quò minus dies cedat (*& mox*) ſcientiam enim non hanc accipi, quæ juris prudentis ſit, ſed eam, quam quis aut per ſe habeat, aut conſulendo prudentiores adſequi poteſt. Hinc gl. *in l. 3 C. de iur. & fact. ignor. & Dd. communiter, quos allegat Anton. de Padyll. ibid. nº. 18. & ſeqq.* ſtatuunt, ſi mulier paſſa eſſet præterlabi tempus bonorum poſſeſsionis petendæ, cùm poſſet peritiores conſulere & non conſuluiſſet, quod excludatur ab hereditate iſtâ: ratio eſt uti dictum, quia peritos conſulere cum facultas

cultas eſſet, culpæ aſsimilatur. *l. regula 9. §. ſed iuris. ibi. ſi iuriſconſulti Copiam haberet vel ſuâ prudentiâ inſtructus ſit (quæ duo à pari procedunt) ff. de iur. & fact. ignorant. Cuiac. 15. obſerv. 39.*

Jam ſi privato † Culpæ imputatur, non callere juris præcepta, quanto magis judici, cujus officium eſt in executione juris & interpretatione: an non ſtultitia eſt, pati jus ignorare judicem, in quo verſetur. *l. 2. §. ſervius. 43. ff. de origin. iur.* quantum enim eſt juris præſidentes eſſe in civitate niſi jus illud cui cuſtodiendo præfecti, ſcierint, ut in ſimili loquitur, *d. l. 2. §. poſt originem. 13. ff. de orig. iur.* 22

Nemo tamen mirabitur, † inter Romanos, qui ob eam rem à Perſis, *uti ex Ammian. Marcell. lib. 23. Arniſæ. Polit. lib. 1. c. 16. p. 57. notat,* irriſi ſunt, pleroſque provinciales Magiſtratus, tùm temporis cum florentiſsima eſſet reſpublica, juris civilis peritiam literariam non habuiſſe, homines utpote militares. *Cic. pro planc. Cuiac. 23. obſ. 40. Hotoman. illuſt. quæſt. 28. Vultei. princip. inſtit. de action. n. 27. & de hoc infrà locus dabitur plura tradendi.* fuiſſe enim iſtos Magiſtratus juris publici & quotidianarum rerum illis ſeculis ad regimen pertinentium minimè ignaros, vel effectus ſolus evincit, tàm proſperè nimirum gubernatis provincijs & in fide ſervatis: Et quod illiterati erant, imperatricem ſcientiam non ex libris Scholaſticis, ſed ex vivis magiſtris lingua populari uſu 23

& experientia addiſcebant: quæ autem fortè
24. deerant † quoad juris ſubtilitatē & interpretationem, his ſuggerendis conſilia juriſperitorum adhibebant unius vel plurium pro arbitrio ſuo: niſi mallent malè judicati pœnas & damna metuere. *ut tit.* C. *de pœn. mal. iudicat. & pr. inſtit. de obligat. ex quaſ. delict.* effugiebant
25. autem † ea damna, quando adhibitis Aſſeſſoribus judicabant, tùm enim malè judicati noxa expetebat in Aſſeſſores. *l. 2. ubi notat. ff. quod quiſq. iuris. & huic rei fuſiùs declarandæ infrà ſuus ſuccedet locus.*

26. Segniter quidem † Romani ſua conſilia curabant, præ eâ, quam nos hodie in noſtris curandis adhibemus, diligentiâ: illi arbitrio & diſcretioni Magiſtratuum relinquebant, an quando & quos vellent Aſſeſſores: itemq́; an dignarentur eorum conſilia ſe qui, etiam tùm cum ſalario publico Aſſeſſores alebantur: noſtro ſeculo in ſuperioribus tribunalibus judicibus & locum tenentibus ſociati ſunt certi Conſiliarij & Aſſeſſores, quorum conſilijs obnoxij ſint certis legibus, & quidem tanto numero in modicâ provinciâ, ſi omnes Conſiliatores numeraveris, quo Romani olim denis alijs tantis provincijs mo-
27. derandis non indiguiſſent: incertum, † an tempora hodie maligniora & deteriora ſunt, an hominum ingenia & judicia craſsiora, an verò ſcribendi facultas nimiùm hodie excul-

ta &

ta & uſitata negotiorum expeditionem ſic diſtendit, quando nullus ferè argutus eſt, niſi cùm ſcribit, quæ res extemporaneam operam in difficilioribus ferè omnem perdidit & labores multipliciter auget cum temporis jacturâ ineffabili. Quidquid autem id ſit, laudo id hodiernum, uſque dum alius modus lites exſcindendi, vel abbreviandi negotia apparet, quòd conſultò & deliberatò † contro- 28.
verſiæ judiciales dirimuntur, adhibitis prudentibus quantum ſat eſt: idque adeò neceſſum eſt in tribunalibus ſtatuum imperij, ne ſubjecti ex imperitiâ vel injuſtitia judicum, quam paucitas perſonarum & earundem vel inſcitia aut certè malitia cauſſare ſolet, detrimentum capiant: Cùm ob ordinationem Cæſaream Cammergerichts Ordnung. *p. 2. tit. 1. Denaiſ. iur. Camer. tit. 163. n. 2. quod idem ante ordinationem Cameræ ultimam ordinatum fuerat anno 1548. in receſſus parte 4. cap. 32.* tùm ob duplicem rationem, primò, quia appellandi † licentia infrà 29.
certam ſummam, quæ quidem noviſsimè trecentos florenos continet, *Deput. Anno 1600. §. 16. Denaiſ. tit. 29.* conſtricta eſt. Neque, ſecundò, Cæſarea juriſdictio gravatis immediatè, opitulari poteſt, quod facere olim potuiſſe generalitas *tit. 27. part. 2.* dictæ ordinationis Cameralis ſatis arguit, ſed ſors inſtantiæ ordinariæ ferenda, uti convenit relatoribus deß Donawertiſchen weſens: *informat. pag. 111. & ſeqq.*

& ſeqq. item, der nothwendig bericht darwider auß-
gangen. *adde Denaiſ. tit. 163. n. 1.*

¶ Expeditum eſt, Conſultores habendos
eſſe per prædicta, jam rurſus admonendi ſu-
30. mus, pernicioſè † ſæpè in eo peccari, quinam
advocandi ſint, plerique eligunt ſibi Conſul-
tores qui ad palatum ſunt, vel morum ſimili-
tudine, quod genus conjunctiſsimum, eſſe
31. ſolet. *Cic. lib. 1. Officior.* vel rebus vetitis † con-
ſociati, qualis Tigellinus erat, qui Neroni
malas artes, quibus ſolis pollebat, gratiores
ratus, Principem ſocietate earum obſtringe-
bat. *Tacit. annal. 14.* vel deniq; ex hujuſmodi alia
re quapiam & malo principio, quo ſæpè ma-
gna familiaritas conflata eſt, *ut Chærea Terentia-
nus in Eunucho advertit.* Sic gratiſsimi Salomonis
Iſraëlitici regis filio ſucceſſori Conſultores
juniores ac ferociores placebant, quia & ipſe
junior & ferocior, quanto autem cum diſpē-
dio ipſius hoc conjunctum fuerit, omnibus
facile eſt cogitare, qui ſciunt, quid diſtet ſex-
tans ab eſſe. Taliter denique inviſi facti ſunt
32. Doctores † & Juriſconſulti Imperatori Fri-
derico III. ut apparet ex conſtitutione ejus
quadam, quam refert Goldaſt, & poſt eum
Wehner. in notis zu der Rotweiliſchen Hoffge-
richts Ordnung circa princip. Sed uſus dudum
comprobavit, quid bonis principibus pro-
fuerint fideles Conſiliarij & inter hos Jure-
conſulti, nocuerint autem Thraſones & Gna-
thones,

thones, & Patrum noſtrorum memoria prin-
ceps quidam ſerò tandem id animadvertiſſe
dicitur Jureconſultos tum demum incipiens
complecti, cum complexi calefacere ampliùs
non poſſent. Nunc experimento rem finio:
princeps malus † ut vitiorum miniſtros per- 33.
verti ab alijs aliquandiu non vult, ita plerum-
que ſatiatus tandem affligit, levi poſt admiſ-
ſa vitia gratiâ, dein odio graviore, quia tales
ultimò quaſi vitia exprobrantes aſpicit. *Tacit.
annal. 4. & annal. 14.* Viceverſa nullum † majus 34.
boni imperij inſtrumentum, quam bonos
amicos Helvidius Priſcus ajebat *apud Tacit. 4.
hiſtoriar.*

¶ Conſilij vocabulum in duplici ſignifica-
tu accipitur, nonnunquam ut dixi pro men-
tis operatione, deinde pro conſeſſu † hono- 35.
rabilium Senatorum vel judicum. *l. ſi quis. 7. §.
fin. ff. qui & à quib. manumiß. l. pater 29. ff. de legat. 2.
l. ſi pater. 4. §. fin. l. ſervus. 6. l. pupillus. 24. ff. de ma-
numiß. vindict. poſt Plin. in epiſt. Coraſ. ad l. 2. §. dein-
de cum eſſet. ff. de origin. iur. & l. 1. n. 2. & 3. ff. de offic.
conſul. Frid. Fur. de concil. in princip.* in hac poſte-
riori acceptione dividendũ nunc eſt: Omnia
itaque conſilia, † quæ mihi occurrunt, vel pu- 36.
blica ſunt vel minùs publica: publica illa, con-
gregata nomine Reipublicæ liberæ, quæ ſu-
periorem præter Deum & enſem recogno-
ſcit neminem: Sub minùs publicis comple-
ctor reliqua omnia, quæ habentur ijs, qui ſu-

perioris

perioris majeſtatem reverentur: eaque rurſus diſpertior in modo quodam publica, &
37. privata. *Hic illud monendum, † aliâ ratione iam mihi accipi hos terminos publici, minùs publici & privati conſilij, quàm in corpore iuris acceptum reperitur iudicium publicum & privatum, quo de videri poteſt Rosbach. ſub tit. de iudicijs & alij proceſſuum concinnatores. Nam modo noſtro prætor Romanus, qui Ciceroni 3. de legibus privatis iudicandis datus, erit iudex publicus cum conſilio ſuo, utpote in dominâ orbis republicâ habito, conſidero enim Conſilium ex poteſtate cui habetur; illic ſeu altero modo conſideratur ex cauſis earumque qualitatibus, quam tamen conſiderationem nec ego præteribo in ſequentibus, pro ut commodum erit:* minùs publico conſilio ſubjecti in Imperio Romano vocantur mediati, mit mittel dem Heiligen Reich underge bne/ reliqui qui Imperium proximè attingunt, immediati, ohnmittelbare/ *paßim in ord. Cam. receß. imper. & ſcribentib. Cam.* in imperio
38. noſtro † ſumma & publica conſilia eſſe noſcuntur Comitia & conventus Cæſareæ majeſtatis cum proceribus, proximum conſilium der Reichshoffrath/ aulam Cæſareæ majeſtatis quod ſectatur, tertium Camera Imperialis Spiræ quæ lucet, tùm quartò judicium Rotvvilenſe, intra tamen diœceſin ſuam vigore ordinationis: extremum locum obtinebant judicia ſecreta Weſtphaliæ, quæ receſſerunt ab uſu *vide Denaiſ. iur. Camer. tit. 161. & tit. 143. num. 7.* quæ alia ſunt judicia Cæſarea, als

Land-

Landgericht / &c. hæc adgregantur conſilijs
principum Germaniæ, de quibus mox.

Conſilia publica † rurſus ſunt vel ordina- 39.
ria quorum jam exempla dedi, vel extraordi-
naria quò pertinent Electorum principum
ſtatuumque & circulorum coïtiones variæ
pacis & juſtitiæ publicæ cauſa, legibus impe-
rij fundamentalibus præceptæ, inter quas
primas ducit conventus & deliberatio prin-
cipum electorum de novo rege Romanorum
ſufficiendo ex aurea bulla Caroli IV. tum De-
putatorum ordinum. *ordinat. Camer. p. 2. tit. 17.
Receſſ. imper. de anno 70. §.* vnd damit. *20. &c. De-
naiſ. tit. 122.*

Modò quodam † publica conſilia voco ſta- 40.
tuū imperij Romano Germanici, ſo die Lands-
fürſtlich Ober: oder andere Herligkeit Räth vnnd
Gericht haben / cum mero & mixto imperio &
juribus territorialibus. *de quibus Kniben de ſub-
lim. & reg. territ. iur. & de Saxon. non provocandi iure
Symphor. Gilman. Tom. 1. p. 2. tit. 6. & paſſim Thom.
Michael. diſput. de iuriſdict. theſ. 44. & ſeqq Matthi.
Stephan. tract. de iuriſd. lib. 2 p. 1. c. 7. latè cum ſimill.*
quæ conſilia ſi diſtrictum † cujuſque ſtatus 41.
inſpicias & territorium, in quo Cæſaream re-
ferunt dominationem. *Modeſtin. Piſtor. conſil. 24.
n. 1. lib. 1 Weſenbec. conſil. 27. n. 29. Rauchbar. libr. 1.
quæſt. iur. q. 13. n. 12.* rectè publica ſimpliciter vo-
caveris cum Dn. Kirchnero. *in legat. c. quis mit-
tere poſſit. 3. libr. 1. n. 12.* ſed collata ad Cæſarea

Spirenſe

ſpirenſe vel ſimile, inferiorem ſortem amplectuntur, unde excipi non poſſunt etiam ea, quæ appellationem reſpuunt, quia non omnis recurſus ad Cæſaream majeſtatem eſt inhibitus. *id quod alibi latius deducitur & nunc non attingo ulterius.*

42. Merè privatum † conſilium eſt, quod habetur ſub regula der Landsobrigkeit/oder anderer Oberbottmäſſigkeit/als die Stätt: vnd Dorffräth ſeind. Item Landſchafft vnnd Landſtänd verſamlungen/ cum privata commoda deliberant univerſorum: merè privatum inquam, eſt Civitatenſe vel vicale conſilium, vel etiam populi alicujus provinciæ conventus, ubi univerſorum privata commoda pertractantur, ſub regula territorialis juriſdictionis.

43. Utriuſque ſortis † conſilia iterum ſunt vel fundamentalia & immutabilia, vel aſcititia & mutabilia: Illa quæ imperans non poteſt vel in totum vel quoad perſonas tollere pro lubitu, ut ſunt pares & proceres regnorum, itemque quicunque ex lege certâ certi conſulunt vel judicant immutabiliter: Hæc quæ pro lubitu dominantis mutationi obnoxia ſunt, qualia pleraque inveniuntur: Conſilijs nemo princeps carere poteſt: ſed ut hos vel illos habeat Conſiliarios, item hoc vel illo modo, non cogitur.

44. ¶ Porrò ſumma † Conſiliorum in duo hæc abit officia quod ſit togatum & militare: militare

litare

litare eſt, quod bellicas curas agit, *nunc enim incipio obiecta conſilij attendere & partiri.* In alijs † nationibus armorum poteſtas penes ſummam eſt majeſtatem ſolam: in Germania verò noſtra quod aliquantò ſeciùs armorum quoddam arbitrium etiam ad eos redit, qui majeſtati ſupremæ obſequuntur, id verò ſingularis ſtatuum imperij eminentiæ, Cæſari verò † noſtro glorioſum eſt tot quaſi regibus imperitare. *Knichen. d. tract. de ſublim. & reg. territor. iur. in princip. Kirchner. d. tract. de legat. l. 3. n. 15. hoc nomine videri poſſunt* deß Heiligen Reichs Craiß: vnd *execution*ordnungen *paßim in receßibus Imperij, maximè Anno 1555. 1566. 1570. Denaiſ. tit. 212. & tit. 72.* pertinet itaque res militaris in Germania non modò ad publicum abſolutè, ſed etiam ad conſilium modo quodam publicum. 45. 46.

Togatum † paci operam navans conſilium rurſum duplex eſt Eccleſiaſticum & ſeculare. Utriuſque tabulę lex divina cuſtodiæ demandata eſt poteſtatibus ſupremis divinâ diſpoſitione, ut erat apud Hebræos, & eſſe debebat apud Chriſtianos Reges principeſque: Verùm † pacificatio religioſa anno 1555. jura Epiſcopalia & Eccleſiaſticam ordinationem tribuit ſecularium in Imperio ſtatuum territoriali juriſdictioni. *Thom. Michael. diſp. de iuriſdict. theſ. 49. Matth. Stephan. tract. de iuriſdict. libr. 2. p. 1. c. 7. in fin. & latè agitur de eo iure in Symphor. Gilman.* 47. 48.

man. ſub his titulis & apud alios Scribentes. Eſt igitur Eccleſiaſticorum cura iterum communis publico & modo quodam publico conſilio, imò ſi obſervantiam ſpectamus, modo quodam publico in Germaniâ peculiaris, ſed potentiâ in utrumque cadit.

49. Seculare conſilium † rurſus fit bipartitum, curiale & quæſtorium: quæſtorium eſt, cujus
50. † in ærarium & rem numariã annonam item & quidquid alendo populo conducit, inſpectio eſt. Non repugno jam, ſi ſubdividas quæſtorium ratione vocationis, ſi bello peregrè occupatur, & pace domi: *Vide Coraſ. in l. 2. §. deinde cum ærarium n. 12. ff. de origin. iur.* quamvis rè penitiùs inſpectâ manet Togatum etiam hoc quod bellum ſequitur, quia opera ejus eſt pacifica in medio bello.

51. Curiale diſſeco in Senatorium & Judiciale: Senatorium appello quod Hiſpanus Togatum vocat. Furius *tr. de concil. cap. 1. §. ſecundum.*
52. Penes hoc ſumma † inſpectio ſuper reliqua eſt conſilia, ſtatui publico incolumi ſervando invigilat, amicitias fœderationes principis curat, & quidquid in univerſum pace vel bello facto uſus, expendit, leges figit atque refigit. &c. *Scio Senatorum nomen à Conſiliarijs diſcerni & referri ad pares regni vel principatus & eos qui in Comitijs popularibus vota habent, ut plurimum detrahentia aliquid abſolutæ poteſtati: id quidem ego minimè ambigo, ſed Senatores Romanos ut fuerunt ſub*

Auguſtis

Auguſtis conſiderans permiſſurus mihi eſt ut opinor hunc genericè loquendi modum.

Pro ratione principatus, † putà ſi magnus 53.
ſit, dictum Senatorium conſilium in duo diverſa officia tribui poteſt, Secretum ſcilicet ſeu privatum, prout Gallorum Reges habere conſueverunt & alij Principes imitantur, & politicum ſeu legale. Secretum dicitur † cum 54.
princeps aliquas cauſas à conſilio magno ſevocat quaſi in Cameram ſuam: idque qualitate magis, quàm re ipsâ differt à Senatorio altero. *vide Coraſ. in tit. ff de Senatorib. n. 14. & 20.* expreſſum neceſsitate ſilendi, inter multos
† enim exactius conſilium, ſed detectius ha- 55.
bueris, paucis credita ſilentur probiùs metu noſcendi authoris, qui propalaverit. *Arniſæ. Polit. lib. 1. c. 15. in fin.*

Judiciale conſilium † eſt, quod litibus diſ- 56.
ſecandis intendit, ijdemque vel criminalibus vel civilibus, & his rurſum vel gravioribus vel communibus: inter graviores cauſas eminent feudales & matrimoniales: omnes autem ſunt primarum vel ſecundarum inſtantiarum. In judicialibus † conſilijs tandem in- 57.
venit locum Aſſeſſor, qui eſt Conſiliarius judicialis, in genere verò Senatorio Conſiliarius magis ſpecificè ſic dictus.

Cenſorium conſilium † omiſi hactenus, 58.
quod requirit *Furius cap. 1. §. 7.* & non immeritò flagitabitur his præſertim temporibus ne-

quiſsimis, quando nec vitia noſtra nec remedia amplius ferre poſſe videmur: *adde Coraſ. in l. 2. §. poſt deinde cenſus. ff. de orig iur.* Sed vindicat hos labores ex parte quæſtorium, ex parte Senatorium tùm id quod reliquum eſt redit ad duum viros & decuriones civitatum, qui ob eam rem creati vetuſtioribus videntur, ut juxtà communitatum facultates etiam mores ipſorum corrigere deberent: *adde* die Polltey Ordnungen im Heiligen Römiſchen Reich *de anno 48. p. 4. Deputat. anno 1577. per tot.* Fürſtlich Wirtembergiſch Politiſch Cenſur vnnd Rügordnung/ *in ordinatione territoriali fol. 232. ſeqq.*

His præcedentibus diviſionibus ita poſitis
59. ſi nunc ulterius † conferamus, quomodo in provincijs Germaniæ Cancellariæ conſtitutæ ſunt, reperietur alicubi conformitas ad ſpecies præmiſſas quædam, alicubi autem earundem plena obſervatio: apud multos ve-
60. rò † viciſsim peccatur graviter, qui omnia conſilia per parvum unius generis hominum Cætum, ſo dem Sprichwort nach zu allen Sätlen gerecht ſein ſollen/ expediunt, unde evenit, ut pluribus intentis minor ad ſit ſingula ſenſus, nec mirum paucos excellentes Conſiliarios hodie reperiri. *Waremund. ab Erenberg. in meditam. pro fœder. n. 87. adde Furi. de concil. c. 1. verſ. vidi id & ſeq.* Porrò itaque primum apud noſtra-
61. tes † eſſe debet peculiare conſilium Eccleſiaſticum Conſiſtorium, cujus adjumento prin-

ceps

ceps & ſtatus religionis reformatę Epiſcopatibus, Abbatijs, Superattendentijs, Decanatibus, Parochijs diaconatibus præcepturis & alijs id genus officijs Eccleſiaſticis & Scholaſticis idoneas perſonas præficiant, viſitent Monaſteria, Eccleſias, Scholas, Civitates, Diæceſes, preces publicas dirigant, ſpiritualem & Eccleſiaſticam diſciplinam conſervent, noxijs fictis libriſque obviam eant contrarijs & ſalubribus medijs & in ſumma quidquid ad curam animarum paſtoralem pertinet, provideant. *v. Matth. Stephan. tract. de iuriſdictio. ubi peculiari & prolixo capite hac de re.* in-
62. ter Conſilia ſecularia † reperies etiam apud Germaniæ noſtræ Principes ſecretiora, g. heime Räht/ ubi ſegregatim deliberant cauſas ſelectiores & quarum ſcientiam minus latè va-
63. gari cupiunt. Frequentius autem † conſilium Politicum eſt, quo fines Provinciales tuentur, Magiſtratus creant, ſubditorum querelas audiunt, provident denique quidquid territorij moderationi adhæret. Rectiſsimè cum hoc genere agitur, ſi purum ſui ordinem conſervat, quantum fieri poteſt. & immune eſt à judicialibus laboribus prorſus, aut certè par-
64. ciùs recipit: Matrimonialium † controverſiarum vix vacuum eſſe poteſt, nam gravitas deſiderat ſicut & feudalium: Criminalia re-
65. ctiùs † amandat ad Civitatenſia judicia, multò rectiùs amovet merè civilia Ego vidi alibi

omnes cauſas judiciales promiſcuè pro pri-
66. mâ inſtantiâ ad aulam † trahi & ibi judicari, id quod meram confuſionem invehit: quærantur potiùs in Civitatibus & vicis judices idonei, & Scribæ periti tùm etiam Procuratores, qui partium nomine verba faciant certi & ordinarij · quod omne neſcio an ullibi meliusquàm in ducatu Wirtembergenſi ordinatum habetur.

Sed quid alibi extra Aſſeſſuram noſtram geratur nihil ampliùs moror, unico hoc excepto, quòd in his principatibus, ubi bona
67. Eccleſiaſtica † papatui ſubtracta ſunt, his adminiſtrandis peculiarem quæſturam velim: quorum proventus uti ſecularibus reditibus ita vel maximè prophanis expenſis minimè omnium miſceri debent, quo nomine ſempiternam meritus eſt laudem Dux beatiſsimæ memoriȩ Chriſtophorus de Wirtemberg, *&c.* is hoc nunquam committi voluit, ut permiſtis utriuſq; generis pennis volitaretur, *Orat. funeb. de vita & obitu D. Iacob Andreæ.* Separataq; ratiocinia divinorum & temporalium perman-
68. ſerunt inde in hunc uſq; diem. Et neſcio † an ulla cauſa ſanctȩ religionis curſum in Germaniâ noſtra adeò ſtiterit atq; impedierit, Germanorum ingenijs alioquin ad bona obſequia præ alijs nationibus pronioribus, Evangelij item Doctoribus ſynceris nihil, quantum in ipſis fuit, ceſſantibus, quàm hæc ea-

dem

dem cauſa, quòd Pontificij queruntur, ſuorumque inſigunt animis, bona Eccleſiaſtica apud Evangelicos prophanis uſibus mancipari, non religionem noſtrates vetuſtam, ſed veterum lucidos aureos & argenteos numos Deoſque. latifundia item & poſſeſsiones ſectari. *vide* Donawertiſch *relation* vnd nothwendigen bericht/ alia inſuper ejuſmodi ſcripta innumera, quibus in nullo articulo minùs commodè reſpondemus, quàm in hoc ipſo, quin Catholicos majoris abuſus crimini involviſſe, nobis victoriæ ducimus.

Jam ad judicialia tandem accedendo, ſunt cauſſæ quædam ſimplicis querelæ ſeu primæ inſtantiæ quædam ſecundæ, ſeu appellationis: Simplex querela in hoc Ducatu † judicia 69.
civitatenſia vel vicalia occupat, Statt vnnd Dorffgericht: ibidem ſi pronunciatum, quo ſe gravatas putant partes appellant in civilibus vel ad competens judicium ſuperius metropolitanum das Ober Stattgericht/ modò ſumma † ſit infrà quinquaginta florenos & ſuprà 70.
viginti libras obulorum, quæ viginti libræ conficiunt quatuordecim florenes & octo ſolidos, quorum vigintiocto integrum repræſentant florenum: vel ad ſupremum Ducale dicaſterium † vor Hoffrichter Rāht vnd Beyſitzer 71.
zu Tübingen/ quando ſcilicet ſumma congruit, eſt autem ſumma appellabilis ad hoc judicium ſummum, quinquaginta floreni Impe-

rales ſexaginta cruciatorũ. New Landrecht. *pa.1. t. 59.* id quod dicaſterium inter judicialia conſilia hujus ducatus eſt primum & honoratiſsimum, unde ſubditis appellatio † ulterior ad
72. Cameram vel Imperialem aulam omninò nulla eſt, notiſsimis privilegijs Cæſareis jam pridem hoc nomine publicatis, & advertit, Friderus. *in lib. de proceß extrah. ſub. recenſit. privileg. varior.* Knichen. *de Saxon. non provocan. iur verb. iur, c. 2. n. 37. & noviſſimè eſt conſtitutum* in Newen Landrechten *d. p. 1. tit. 60.*

Quantum autem ad modò dicta duo judicia metropolitana † attinet, pulcherrima hęc
73. provincia diviſia eſt in regiones duas, ſuprà Studgardiam qua porrigitur una regio verſus meridiem, vocatur ſupramontana, Land ob der Staig/ & illa ſuperius judicium appellationum in præfatis cauſis, quæ quinquaginta florenos non excedunt, habet metropolitanum conſilium Tubingenſe, das Stattgericht zu Tübingen/ quò provocant omnes ex illâ diœceſi, id quod omnibus oppidis & pagis, quò quique pertineant, notum eſt publicè. Infra montana regio altera Land vnder der Staig/ ſimili planè modo & ratione tùm in cauſis tùm in ſummâ judicium metropolitanum Senatum civitatis Studgardianæ habet:
74. das Stattgericht zu Studgart. Quidquid † autem in unaquaque metropolitano appellationis judicio pronunciatur infrà ſæpè dictam ſummam

am quinquaginta florenorum, ſtatim eſt
es judicata ſubmotâ ulteriori appellatio-
e: quò eodem hodie non licet provocare
n cauſis quinquaginta florenis majoribus,
uod quidem olim licitum erat, nunc autem
orrectum eſt, New Landrecht. *d. tit. 59. p. 1.* ſed
iiſdem proſtat Ducale dicaſterium, cujus
Præſidi † & Aſſeſſoribus ordinatio tribuit ju- 75.
riſdictionem ordinariam in cauſis appella-
tionum vice & loco principis, Fürſtlich Wir-
tembergiſch Hoffgerichts Ordnung. *p. 2. tit. 1. in pr.*
præter cauſas autem appellationum † idem 76.
judicium cauſas primæ inſtantiæ non recipit.
Hoffgerichts Ordnung. *d. tit. fol. 33. §.* an vnſerm/*&c.*
exceptis tamen his, quæ princeps ſpeciali de-
legatione ei committit, quod ſæpiſsimè fit
maximè in arduis & graviſsimis.

De concurrentiâ † illuſtris conſilij politici 77.
Studgardiani & hujus aulici dicaſterij Tubin-
genſis non ita quæri neceſſe eſſe, ſicut quæſi-
tum atque acerrimè diſputatum videmus de
concurrentiâ deß Kayſ. Hoffraths vnnd Cam-
mergerichts zu Speyr / conſilij aulici Cæſarei &
Cameræ Spirenſis, inter relatores deß Dona-
wertiſchen weſens / qui in utramq; partem gra-
viſsima proponunt, noſtræ principales
ordinationes hac in parte ſeparatæ
claræ & indubitatæ ſunt.

CAPUT TERTIUM.

Aſſeßor unde & quomodo dictus quis & quotuplex ſit?

SUMMARIUM.

Aſſeſſor unde dictus. n. 1.
Variæ eiuſdem appellationes aliæ. n. 2. & ſeqq.
Conſiliarÿ nomen cadit in Aſſeßorem. n. 3.
Portio iudicis dicitur. n. 4.
Studioſus iuris. n. 5.
Socius iudicis. n. 6.
Particeps conſiliorum. n. 7.
Vicarius, imò iudex. n. 8.
Comes. n. 9.
Varia alia nomina. n. 10.
Scabini. n. 11.
Beyſitzer. *n. 12.*
Schöpffen oder Schöppen. *n. 13.* Rathgeben. *ibid.*
Officÿ nomina. n. 14.
Aulicum iudicium Wirtembergenſe habet tres banccas. num. 15.
Et quot perſonis nunc conſtet. ibid.
Aſſeſſor quis eſt. n. 16. Aliter. n. 21.
Conſiliarius cur genus. n. 17.
Et quomodo convenit cum Aſſeſſore. n. 18.
Aſſeſſor quomodo cum iudice convenit. n. 19.
Iureconſultus ſit genus à varÿs. n. 20.
Aſſeſſor non ſolius iuris interpretandi cauſa aßiſtit. n. 22.
Poteſt etiam in facto opponere. n. 23.
Aſſeſſor quotuplex. n. 24. & ſeqq.

Hodie

Hodie etiam ſunt Aſſeſſores ſine poteſtate iudicandi. n. 25.
Regula de poteſtate Aſſeſſoris. ibid.
Conſilij natura eſt, non inferre neceßitatem. n. 26.
Iudicandi poteſtatem hodie ferè omnia habent Collegia *Aſſeſſorum. n. 27.*
Hoffgericht/ Räth vnd Beyſitzer *poteſtatem iudicandi habent. n. 28.*
Pares item Curiæ. n. 29.
Räth in Stätten. *num. 30.*

VENI tandem eò, ubi Aſſeſſorem aggreſſuni malui, & primò unde dictus † ſit 1.
priùs cum ipſo nomine perceperis, quàm interpres id expreſſerit, videlicet ab aſsidendo, quaſi qui Magiſtratui & judici in conſilio & jurisdictione adſideat. *Weſenb. n. C. de Aſſeſſor. Vmmius diſputat. de aſſeſ. th. 1. n. 1.* Sed plura alia
† paſsim recepit nomina Aſſeſſor in jure no- 2.
ſtro & apud authores, vocatur enim 1. Conſiliarius. *L. pen. ff. de offic. aſſeſ. l. 3. l. in Conſiliarijs. 10. & duab. legib. ſeqq. l. ult. C. de aſſeſſor. Novell. 17. cap. 5. feſtinabis. Novell. 60. cap. 2. & Nov. 82. cap. 2. iudices itaque. & in dictis novellis Cuiac. Paris de Puteo tract. Syndicat. verb. aſſeſſor. verſ. an poteſtas. num. 6. Chaſſan. in Catal. glor. mund. p. 7. conſid. 27. in princ.*
Rosbach. in proceß. tit. de aſſeſſ. n. 2. & quod † idem 3.
ſit Aſſeſſor & Conſiliarius. *text. eſt in l. pater. 29. ff. de legat. 2. & dicit gl. in c. ſtatutum. §. Aſſeſſorem in pr. de reſcript in 6.* nihil aliud quàm Conſiliarius judicis. *Schrader. tract. feudal. part. 10. ſect. 13. n. 11.*

quomodo tamen hæc duo nomina Conſiliarij & Aſſeſſoris diſcriminari ſoleant alibi dictum eſt.

4. 2. Portio † judicis. *ex l. omnis C. Theodoſ. de ijs qui administr. vel offic. publ. Ger. Cuiac. π. C. hoc tit. & ad l. 1. pr. ff. de iuriſdict. l. 2. ff. quod quiſq. iur. & lib. 4. obſer. 22. propè fin. Donell. 18. comment. 3. Coraſ. in rubric. ff. hoc tit. n. 3.*

5. 3. Studioſus † juris. *l 1. ff. de offic. aſſeſſ l. 1. C. de aſſeſſ. Coraſ. ad d. l. 1. n. 1. ff. eod. modeſtè ſic dicti, ut olim Philoſophi ſapientum arrogans nomen reformidabant,*

6. 4. Socius † judicis. *Paris de Pute. tract. Syndic. verb. aſſeſſor. verſ. an poteſtas. n. 6.*

7. 5. Particeps judicialium † conſiliorum. *l. 1. C. hoc tit. Chaſſan. in Catal. glor. part. 7. conſid. 27. verſ. & advertendum.*

8. 6. Vicarius. † *Iaſon. in rubr. ff. hoc tit. Chaſſan. dict. loc.*

7. Alicubi dicitur iudex. *Paris. d. tract. & tit. & n. Chaſſan. ibid. Decius. conſil. 8. n. 2. ubi infert: ſi ſtatutum dicat, ut poteſtas habeat duos iudices, intelligi Aſſeſſores.*

9. 8 Dicti etiam † ſunt Comites. *Vultei. lib. 2. Iuriſpr. Rom. c. 1. n. 46. per l. in Comites 5. ff. repetund. l. 4. ff. offic. aſſeſſ. Dn. Bocer. in comment iuris claſſ. 6. diſputat. 3. theſ. 2. Morla in empor. iur. part. 1. tit. 2. q. 28. à princip. Chaſſan. dict. verſ. & advertendum. Pariſ. d. verſ. n. 5. Cuiac. in π. C. h. t. adde Budæ. in annot. prior. ad Pandect. hoc verbo.*

10. 9. Πάρεδροι. † *ut in Novell. 82. pr.*

10. Conceſſores. *Cic. 2. de finib.*

11. Ἀρχόντων

11. Ἀρχόντων Σύμπονοι, βουλοὶ.

12. Adſeſſores *ut notat Gothofred. ad tit. C. hic.*

13. Germanis nobis vocari aliquando Syndicos, advocatos, ut in civitatibus, *notat Vmmius diſp. de aſſeſſ. n. 1.*

14. Plerumque † autem dicuntur Scabini. 11.
Chilian. Konig in proceß c. 23. Schrader. tract. feud. p. 10. ſect. 13. pr. Matth. Stephan. tract. de iuriſd. lib. 2. p. 2. c. 4. n. 16. & ſeq.

15. Beyſitzer. † *Dn. Bocer. d. claß. 6. diſp 3. th. 2.* 12.
Kayſerlich Cammergericht Ordnung. *p. 1. tit 3. & ſeqq.* Fürſtlich Wirtembergiſch Hoffgericht Ordnung. *p. 1. tit 3.*

16. Schöpffen. † *Chilian. d. c. 23. Steph. d. c. 4.* 13.

17. Deß Richters Rathgeben oder Räth / *Chilian. ibid. Iuſtin. Gobler. tract. pecul.*

Ipſum officium † verò vocatur aſſeſsio. *l.* 14.
ult. C. de Aſſeſſor. Aſſeſſura. *l. ult. ff. de proxenet.* Scabinatus. *Matth. Stephan. d. c. 4.*

Scabinatus & ſcabini à ſcamno ſunt quaſi dicatur die Banckhner / ubi non omittendum, quod in curiâ noſtrâ aulica tres † banccæ ha- 15.
bentur. 1. Der Edlen Banck / continens judices & quatuor Aſſeſſores nobiles. 2. Der Gelehrten Banck / continens quinque Doctores. 3. Der Landſchafft Banck / continens tres perſonas à municipiis præſentatas, reliquos enim princeps legit: atque ita totum Collegium unâ cum Secretario conſtat perſonis quatuordecim.

¶ Nomina

16. ¶ Nomina habemus. † nunc definiendus
eſt Aſſeſſor, eſt autem Aſſeſſor Conſiliarius
judicialis, magiſtratui vel judici officio ſuo
rectè expediundo ſociatus. Conſiliarium
17. † genus conſtituo *cum Rosbach. hoc tit. n. 1.* nec
immeritò, probavi enim jam antè, quod Aſ-
ſeſſor ſit Conſiliarius; ſed cõſilium curiale ut
ſuprà oſtenſum, cùm ſit bipartitum Senato-
rium ſcilicet & judiciale, in quo utroq; Con-
ſiliarius uſum habet, ſit ut hinc Conſiliarius
genericè ſic dictus dividatur in conſiliarium
Senatorium ſeu Politicum & judicialem: hic
magis propriè Aſſeſſor vocatur, ille nomen
18. generis retinet. Quo ſenſu † rectè Paris de
Pute. *tract. Syndicat. verb. aſſeſſor. verſ. an poteſtas. n.*
3. dicit: Aſſeſſores ſunt quidam Conſiliarij, & Chaſſan.
in Catal. glor. mund. p. 7 conſid. 27. verſ. & adverten-
dum non ſunt idem Conſiliarius & Aſſeſſor, licet enim
omnis Aſſeſſor dici poſſit Conſiliarius, tamen non è diver-
19. *ſo.* dixi officio judicis † ut accedat, ideò quia.
l. 1. ff. de offic. aſſeſſor. Omnia negotia complecti
velle videtur, quæ incumbunt magiſtratui
vel judici pro tribunali, ubi jus reddit & juſti-
tiam adminiſtrat; & ſi hujus definitionis non
priſca, certè hæc nova erit ratio, quod hodiè
in Collegijs judicum omnibus ferè partibus
conjuncta eſt poteſtas Præſidum & Aſſeſſo-
rum: in hunc ſenſum Dn. Bocero *dict. claſſ. 6.*
diſput. 3. th. 2. Aſſeſſores ſunt, qui conſilijs ſuis
judices adjuvant *ex l. velut. 7. C. de aſſeſſor.* Omnes

autem

autem † genus ferè ſtatuunt Aſſeſſoris juriſconſultum ex *l. 1. ff. de offic. aſſeſſ. d. pater. 29. ff. de legat. 2. ut & ſequentes l. an manumittere. 5. ff. de manumiſſ. vindict. l. 3. §. 1. ff. de minorib.* 20.

Speculatori, Aſſeſſor † eſt is, quem judex 21. ſibi aſſociat, ut ſibi in cauſæ cognitione aſſideat, vel aſſiſtat, & rectè ad decidendum cauſam inſtruat. *tit. de aſſeſſor. §. 1. part. 1.* à potiori parte officij, quem reliqui ferè ſequuntur. *Zaſi. in π. ff. h. t. in princ. poſt Archidiac. gl. in cap. ſtatutum. § Aſſeſſorem. verb. refert. de reſcript. in 6. Bart. in l. diem functo. 4. verſ. item pone. ff. h. tit. Decius conſ. 8. n. 3. verſ. nam aſſeſſor. Chaſſan. Catal. glor. p. 7. conſid. 27. verſ. ſed quoniam. Mandell. in rubric. ff. de offic. aſſeſſor. n. 2. Dn. Harpprecht in proceſſ. ſuo pag. 53. Chilian.* König in proceſſ *c. 23. princip. Vultei. lib. 2. iuriſp. Rom. c. 1. n. 46. & ſeq. Roſenthal. tract. feudal. cap. 12. concluſ. 9. n. 1. Coraſ. ad rubr. ff. hoc. tit. n. 1. Rosbach. in proceſſ. h. tit. n. 1. adde Vmmi. diſp. hâc. n. 2.*

Quidam reſtringunt † ſpecificam differen- 22. tiam ad juris ſuggeſtionem, quaſi Aſſeſſoris conſilium requiratur ob juris cognitionem ſolam, quod non placet: ut enim judicis officium in duplici verſatur quæſtione juris & facti. *Vultei. lib. 2. iuriſp. Roman. c. 2. & 3.* & neſcio an hæc poſterior ſæpè non majus negotium faciat, circumſtantijs variantibus & probationum fide dubiâ: Sic Aſſeſſoris quoque conſilium quo judicem inſtruit. *Schrad. d. p. 10. ſect. 13. n. 11.* Ergo rectè † Paris de Puteo *tr. Syndicat. hoc* 23. *tit.*

tit. verſ. an poteſtas. num. 26. ſecundum Baldum dicit quod Aſſeſſor poteſt in facto opponere diſputando ad veritatis indaginem, atque id notandum ſuadet; quamvis verum maneat, quòd judex ad conſilium ſapientis acta mittere non debeat propter dubium facti ſi juris certitudo apparet. *Schrader. d. tract. feud. p. 10. ſect. 14 num 55.*

24. ¶ Quotuplex ſit † Aſſeſſor nunc videndum eſt; quidam ſunt cum poteſtate judicandi, quidam ſine poteſtate judicandi: Hujus generis erant Aſſeſſores magiſtratuum Romanorum, qui ſuadere poterant, quæ videbantur juſta eis & æqua eſſe, ſed obſequium erat penes Magiſtratus vel præſtare vel denegare: *Aſin. in prax. iudic. §. 25. cap. 10. n. 2. Morla. emporium iur. p. 1. tit. 2. q. 6. n. 18. Mandell. in rub. ff. h. n. 13. Coraſ. in rub. ff. h. n. 3. Matth. Stephan. hic. n. 20. Roſenthal. dict. cap. 12. concluſ. 9. num. 6. ut infrà ſuo loco*

25. *pluribus dicetur.* Et hodie † etiamnum ſive poteſtate judicandi ſunt, ſi quos Magiſtratus vel etiam judices delegati adſciſcunt extra ordinem; Regula enim eſt Aſſ. ſſorem ſine juriſdictione eſſe. *Rosbach. tit. de aſſeſſor. num. 21. & ſeq. Maſcard. de probat. concluſ. 145. n. 3. vol. 1. Decius conſil. 8. n. 3. verſ. ſed & aſſeſſ. Mandell. rub. ff. h. tit. n. 3. & 4. Paris de Put. h. tit. verſ. an poteſtas. n. 22.* quæ tamdiu firma manet donec Aſſeſſori ſpecialiter tributa juriſdictio monſtretur: adde quod con-

26. ſilij † natura non eſt neceſsitate. *Philipp. Franc.*

in c. nullus

in c. nullus ex conſilio. de reg. iur in 6. & eſt elegans huius rei textus in l. 1. §. ſolent. ff. quand. appelland. ſit. c. cum olim. 7. de arbitr. §. cæterum. verſ. aut ſi quis alieno. Inſt. de leg. aquil. Menoch. lib 6 præſumpt. cap. 34. num. 23. & ſeqq.

Alterum genus Aſſeſſorum † eſt cum pote- 27.
ſtate judicandi, prout hodiè collegia judicum ſuperiora ferè ſunt omnia. *uti de iudicijs Italiæ & Galliarum teſtatur Chaſſan. in Catal. glor. p 7. conſid. 27. in princ. & verſ. & ſi benè. & verſ. adverte.* Sic auditores Rotæ judicare, *refert Mandell. in rubr. ff. hic. n. 15. verſ. ſecundò ſunt.* Sic ordinariam habet juriſdictionem Camera Imperialis Spiræ, *Thom. Michael. diſp. de iuriſd. th. 33. Mynſing. Reſponſ. iur. 24 nobilis. n. 2. & ſeq.* talem in regno Caſtellæ inibi regium conſtitutum judicium habere, *author eſt Couvarr. pract. quaſt. c. 4. n. 10. verſ. cæterùm.* & Pedemontanum Senatum. *ſcribit Theſſaur. in præfat. deciſion. n. 24.* & in Germania
† paſsim die Hoffgericht Räht vnd Beyſitzer. *Ro-* 28.
ſenthal. tract. feudal. cap. 12. concl. 9. n. 6. & 8. Matth. Stephan. de iuriſdict. lib 2. p. 2. cap. 4. n. 21. His ad-
gregantur pares † Curiæ, qui etiam ordina- 29.
riam habent juriſdictionem conſuetudine feudali. *Mynſing. cent. 1. obſerv. 99. & cent. 5. obſ. 75. Roſenthal cap. 12. concl. 9. per tot. Schrader tract feud. p. 10. ſect 6. à n. 134. ad ſeqq. Rosbach. ti. de aſſeſſor. n. 20.* &
referri huc poſſunt, die Räth † in Frey: Reichs: 30.
vñ andern Stätten/ quatenus judicia tractant. *Ludwig pract. obſerv. verb.* Rath. *Dn. Boc. diſp. hic. th. 6.*

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

Qui ordinant vel advocant Aſſeſorem?

SUMMARIUM.

Methodus præmitti poſtulat cauſam effectricem. n. 1.
Aſſeſſor ordinatur à poteſtate ſuperiore & quanam illa. num. 2.
Ab homine. n. 3.
Supremum Imperium habens ordinat. n. 4.
Principes Romanos potuiſſe dare, ſed non ſolitos regulariter. n. 5.
Principes ipſos uſos eſſe Aſſeſſoribus. n. 6.
Tiberij aſſeſsio. ibid.
Scabini dati varijs populis. n. 7.
Cameræ Imperialis Aſſeſſores à quibus ordinantur. n. 8.
Inferius à ſummo Imperio etiam dat. n. 9.
Non intereſt àn patrimonij alieni ſit Imperium. n. 10.
Magiſtratus Romani olim aſſumebant. n. 11.
Vrbani & Provinciales. n. 12. & 13.
Maiores & minores. n. 14.
Quilibet ordinarius. n. 15.
Extraordinarium Imperium etiam aſſumit, ut delegatus. num. 16.
Curatores recipiunt Aſſeſſores. n. 17.
Quis ille. n. 18. & ſeqq.
Curatores maiorum negotiorum Aſſeſſores recepiſſe. n. 20
Curatorum Reipublicæ functio. n. 21.
Legationes curatelæ quoque fuerunt. n. 22. & ſeqq.
Curatela non omnis Aſſeſoribus indiguit. n. 23.

Dati

Dati iudices an ſortiantur Aſſeßores. n. 24. & ſeqq.
Regula ampliatur primò. n. 25. Secundò num. 26.
Conſenſus partium non requiritur ad habendum Aſſeßorem, niſi ſtatuto vel pacto receptum. n 27.
Partes ſi præſentationem habent, iudex nihilomagis vota præſentatorum ſequi neceſſe habet. n. 28.
Et ſi partes diſcordentur, iudex poteſt aſſumere quem velit ipſe. n. 29.
Delegatus compellit partes ad præſtanda ſalaria. num. 30.
Ratio eiuſdem. n. 31.
Quarta ampliatio. n. 34.
Delegatus non habet ſalarium de publico. n. 32.
Actus expeditur ſumptu partis. n. 33.
Quarta ampliatio. n. 34.
Quintò ampliatur. n. 35.
Citari oportet eum cuius intereſt. n. 36.
Rationes aliæ contrariæ. ibid.
Delegatus non tenetur partes citare quando Aſſeſſorem legit. n. 37.
Conſcientiæ quod alicuius creditum, id expedit non citatis partibus. n. 38.
Pro iudice eſt præſumptio. n. 39.
Reſpondetur ad contraria. n. 40.
Ad ſecundum reſpondetur. n. 41.
Ad tertium. n. 42.
Regula limitatur. n. 43. & ſeqq.
Delegatus recipit Aſſeſſorem ſi opus habet non aliter. n. 45
Niſi ſumptu ſuo. n. 46.
Salaria de publico ſoli Aſſeßores ordinariorum habent utroque iure. n. 47.

Tertia limitatio. num. 47.
Et quarta. num. 48.
Curatores reipublicæ ſine Imperio. 49.
Arbitris conveniunt quoque Aſſeſſores. n. 50.
Aſſeſſoris habendi facultas non eſt iuriſdictionis. n. 51.
Aulicum iudicium ordinare, eſt regium. n 52.
Et iuriſdictionis territorialis. n. 54.
Et Cameræ Aſſeſſores iuxta Cæſarem ſtatus alios ordinare, eſt eminentiæ ſingularis. n. 53.
Wirtembergenſibus ſuum aulicum iudicium oculiſſima gemmarum eſt. n. 55
Aſſumptio Aſſeſſoris regulariter arbitrij iudicis eſt. n. 56.
Ad quem non cogitur per partes. n. 57.
Extenditur duobus modis. n. 59.
Limitatur contrario ſtatuto conſuetudine. n 60.
Quæſtio ardua remiſſivè vom Fürſtenrecht? n 61.
Pactum valet, ut iudex non iuducet ſine peritis. n 62.
Imperitus iudex an cogatur habere Aſſeſſorem. n. 63.
Periculoſum eſt initio cauſæ iudicem offendere. n. 64.
Credimus faciliùs his, quos libentiùs audimus. n. 65.
Præciſè Aſſeſſores pati iudicem debere, anceps eſt. n. 66.
In ordinario eſt præſumptio qualitatum. n. 68.
Delegatus ſi iuxta imperitus & Aſſeſſoris impatiens rectiùs rejicietur, quàm ut cogatur ad Aſſeſſores patiendos. n. 69.

POSTQUAM traditum quis ſit Aſſeſſor & quotuplex, nunc cauſam ejus efficientem
1. videbo: in compoſitione enim † plurium axiomatum homogeneorum hujus tractatus

cum

cum præponi meritò debeant, quæ naturâ ſunt clariora, rectè nunc à cauſâ efficiente cœperim, quæ effectum abſolutè arguit, *Petr. Ram. 1. Dialectic. 2.* Aſſeſſorem autem ordinat † vel aſſumit poteſtas ſuperior & dignior, eaque vel legis eſt vel hominis: Aſſeſſor legalis eſt is, quem lex, ſtatutum, conſuetudo, ordinat. Tales Aſſeſſores in judicio feudali ſunt pares Curiæ & quæ ubique legibus ac moribus conſtituta reperiuntur judicum Collegia ſumma & inferiora. Aſſeſſor altero † modo ordinatur ab homine, eoque vel cum Imperio vel ſine Imperio exiſtente, & cũ Imperio rurſus vel ſupremo vel inferiore: Supremo putà ſi Rex, † Princeps, populus daret *Spec. p. 1. i de aſſeſ. § officium. n. 1. & ibi Ioh. Andr: in addi. ubi de opulo,* & quod principes Romani dederint Aſſeſſores Provincialibus Magiſtratibus, dixit *Donell. d. li. Comment. 18. c. 2. pa. 115 per l. hi qui. 37. & leg. q. ff. quib. ex cauſ. maior. quæ quidem de permiſſu prinpali aliquid habet, de aſſociatione verò nihil*: Sed ſi illibi probabile eſt, datos fuiſſe à principibus Aſſeſſores, fortè id dictum in Ægypto, quæ curæ fuit præ alijs. *Weſenb. in ff. de offic. præct. auguſt.* Potuiſſe principes † Romanos dare Aſſeſſores non dubium eſt, quòd autem dare ſoliti fuerint, *ut quidam volunt per l. nullus. 8. C. de Aſſeſſor.* regulariter nego *cum Parid. de Put. de Sync. verb. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas. n. 32.* nam & communi & municipali jure eligunt ipſi Magi-

2. 3. 4. 5.

Tertia limitatio. num. 47.
Et quarta. num. 48.
Curatores reipublicæ ſine Imperio. 49.
Arbitris conveniunt quoque Aſſeſſores. n. 50.
Aſſeſſoris habendi facultas non eſt iuriſdictionis. n. 51.
Aulicum iudicium ordinare, eſt regium. n 52.
Et iuriſdictionis territorialis. n. 54.
Et Cameræ Aſſeſſores iuxta Cæſarem ſtatus alios ordinare, eſt eminentiæ ſingularis. n. 53.
Wirtembergenſibus ſuum aulicum iudicium oculiſſima gemmarum eſt. n. 55
Aſſumptio Aſſeſſoris regulariter arbitrij iudicis eſt. n. 56.
Ad quem non cogitur per partes. n. 57.
Extenditur duobus modis. n. 59.
Limitatur contrario ſtatuto conſuetudine. n 60.
Quæſtio ardua remiſſivè vom Fürſtenrecht? *n 61.*
Pactum valet, ut iudex non iudicet ſine peritis. n 62.
Imperitus iudex an cogatur habere Aſſeſſorem. n. 63.
Periculoſum eſt initio cauſæ iudicem offendere. n. 64.
Credimus faciliùs his, quos libentiùs audimus. n. 65.
Præcisè Aſſeſſores pati iudicem debere, anceps eſt. n. 66.
In ordinario eſt præſumptio qualitatum. n. 68.
Delegatus ſi iuxtà imperitus & Aſſeſſoris impatiens rectiùs rejicietur, quàm ut cogatur ad Aſſeſſores patiendos. n. 69.

POSTQUAM traditum quis ſit Aſſeſſor & quotuplex, nunc cauſam ejus efficientem
1. videbo: in compoſitione enim † plurium axiomatum homogeneorum hujus tractatus

cum

eum præponi meritò debeant, quæ naturâ ſunt clariora, rectè nunc à causâ efficiente cœperim, quæ effectum abſolutè arguit. *Petr. Ram. 1. Dialectic. 2.* Aſſeſſorem autem ordinat † vel aſſumit poteſtas ſuperior & dignior, eaque vel legis eſt vel hominis: Aſſeſſor legalis eſt is, quem lex, ſtatutum, conſuetudo, ordinat. Tales Aſſeſſores in judicio feudali ſunt pares Curiæ & quæ ubique legibus ac moribus conſtituta repeririuntur judicum Collegia ſumma & inferiora. Aſſeſſor altero † modo ordinatur ab homine, eoque vel cum Imperio vel ſine Imperio exiſtente, & cũ Imperio rurſus vel ſupremo vel inferiore: Supremo putà ſi Rex, † Princeps, populus daret *Spec. p. 1. ti de aſſeſ. § officium. n. 1. & ibi Ioh. Andr: in addi. ubi de populo*, & quod principes Romani dederint Aſſeſſores Provincialibus Magiſtratibus, dixit *Donell. d. li. Comment. 18. c. 2. pa. 115 per l. hi qui. 37. & leg. ſeq. ff. quib. ex cauſ. maior. quæ quidem de permiſſu principali aliquid habet, de aſſociatione verò nihil*: Sed ſi ullibi probabile eſt, datos fuiſſe à principibus Aſſeſſores, fortè id dictum in Ægypto, quæ curæ fuit præ alijs. *Weſenb. π. ff. de offic. præfect. auguſt.* Potuiſſe principes † Romanos dare Aſſeſſores non dubium eſt, quòd autem dare ſoliti fuerint, *ut quidam volunt per l. nullus. 8. C. de aſſeſſor.* regulariter nego *cum Parid. de Put. de Syndic. verb. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas. n. 32.* nam & communi & municipali jure eligunt ipſi Magi-

2.
3.
4.
5.

ſtratus *Menoch. de arbitrar. iudic. quaſt. Caſ. 253. n. 4.*
6. Sed Principes ipſos † cauſis coram ſe judicandis Aſſeſſores adhibuiſſe non dubium eſt. *Morla. d. quaſt. 6. n 3.* imò Tiberius Imp. ſeipſum obtulit Conſiliarium magiſtratibus pro tribunali cognoſcentibus adſidebatq; mixtim vel ex adverſo in parte primori. *Sueton.* Et
7. quòd apud Germanos † Vandalos, Saxones, Francos, Comites, qui pro judicibus Civitatum & Provinciarum erant, ſuos acceperint à Principe Scabinos. *ex Beato Rhenan. docet Matt. Stephan. de iuriſdict. lib. 2. p. 2. c. 4. n. 1. & ſeqq.*

Princeps autem interdum ordinat ſolus, ut dictum, & hodie fit Rotvvilæ interdum
8. cum alijs, ut in Camerâ Imperiali † fit, ubi ordinatio judicum diviſa eſt inter Imperatorem & Status, modo uti videtur. Ariſtocratico. *vide* Cammergericht Ordnung / *pag. 1. tit. 1. cum ibi notat. per Ciſner. & alios. Denaiſ. iur. cam. tit. 12. & latiùs recenſet Dn. Bocer. in com. iur. p 6. diſput. 3. theſ. 18. & ſeqq.*

9. Altero modo † ab Imperio inferiore hodiè dantur Aſſeſſores, cum Principes, Comites, Barones, qui ſunt loco Præſidum & Proconſulum judicibus ſuis Aſſeſſores ſociant *Dn. Bocer. in dict. com. p. 6. diſp. 3. theſ. 4.* item Civitates. *Vmmius diſp. de aſſeſſ. theſ. 1.* Jam inferior poteſtas, quæ ordinat vel advocat Aſſeſſorem in patrimonio habet juriſdictionem, ut ſunt
10. quos modò dixi, aut alieni † patrimonij Imperium

perium exercet, quales Magiſtratus hodie ſunt conductij, & olim à populo † vel Principibus dati aſſumebant ſibi Aſſeſſores Magiſtratus. *l. ult. C. de aſſeſſor. Vultei. lib. 2. iuriſp. Rom. cap. 1. n. 46. Morla Empor. iur. p. 1. tit. de iuriſdict. q. 6. n. 2. & ſeqq.* Quod Romanis uſitatiſsimum. *unde Cicer. pro Quinctio: non eò dico C. Aquili (inquit) quò mihi veniat in dubium tua fides & conſtantia aut quo non ijs, quos tibi advocaſti, viris electiſsimis civitatis ſpem ſummam habere P. Quinctius debeat. &c.* unde mihi Aſſeſſor alius dativus, alius vocativus. 11.

Magiſtratus † inquam aſſumebant tàm Urbani, *qualis Vrbani prætoris Aſſeſſor erat Vlpianus l. metum. 9. §. ſed quod Prætor. ff. quod met. cauſ. & præfecti Prætorio Æmilij Papiniani iuriſconſulti, Paulus iuriſconſultus. l. lecta. 40. ff. de reb. credit. Vultei. d. lib. 2. iuriſpr. Rom. c. 1. n. 46. talem Aſſeſſorem in urbe fuiſſe Sabinum iureconſultum apparet ex l. lex Cornelia. 5. §. hac lege. ubi gl. in verb. aſſeßorio. ff. de iniurijs. & Iabolenum. probat l. an manumittere. 5. ff. de manumiß. vindict.* quàm Provinciales: † Sic legatus Cæſaris. *l. 4. ff. de offic. aſſeß. qui mittebatur cum ſummâ & Præſidali poteſtate. Coraſ. in d. l. 4. n. 1. ff. eod. tit.* Præſides. *l. 2. C. de aſſeſſor.* Moderatores Rectoreſque Provinciarum. *l. in Conſiliarijs. 10. C. hoc tit.* Adminiſtratores. *l. 1. l. velut. 7. C. dict. tit. Novell. 60. cap. 2. Novell. 17. c. 5. §. feſtinabis.* In ſummâ Magiſtratus † majores & minores: Majores, ut juxtà præfectum Prætorio, de quo dixi & eſt *textus in l. non minùs 11. C. de aſſeſſor.* Præfectus ur- 12. 13. 14.

 bi. *d. l.*

bi. *d. l. non minùs 11. C. hoc tit.* Magiſtri militum, *eâdem. l. non minùs. 11.* Proconſules, Procuratores principis. *l. abeſſe. 32. ff. ex quib. cauſſ. maior.* Omnes illuſtri præditi poteſtate, *l. liceat. 12. C. de aſſeſ.* Magiſtri officiorum etiam. *d. l. minùs.* Minores adeóque omnes Magiſtratus in publicis conſtituti adminiſtrationibus. *Rosbach. hoc tit. n. 3.* vel qui ſunt cum poteſtate judicandi. *gl. in c. ſtatutum, §. aſſeſſorem, verb. aſſeſſorem. de reſcript. in 6. text. elegans & ibi gl. in c. cum ab omni. de*
15. *vit. & honeſt. Cleric.* & quilibet † ordinarius ſine dubio. *Mandell. in rub. ff. de offic. aſſeſſor. n. 5.*

¶ Hactenus vidimus, qui cum Imperio aſſumant collaterales Conſiliarios, & id eſt,
16. Imperium ordinarium, Extraordinario † Imperio Aſſeſſorē ſibi adjungit delegatus principis. *l. non minùs. 11. C. de aſſeſ. Novell. 60. c. 2. in pr. ubi Cuiac. & in Novell. 82. princ. Donell. 18. comment. 2. pag. 112. pr. & pag. 115. per l. à iudice C. de iudic.* is enim habetur pro ordinario in omnibus *gl. in C. cum cauſam. 62. verb. delegatus. de appellat. Scip. Gentil. de iuriſdict. lib. 2. c. 26. in fin. Mandell. in rub. ff. de offic. aſſeſ. num. 6.*

17. Secundo modo recipit † Curator reipublicæ. *l. in conſilium. 6. ff. hoc tit.* De Curatore reipublicæ quiſnam ſit variè Juriſconſulti locuti ſunt, ut videre eſt *apud Droſſaeum in miſcellan. ſcri-*
18. *ptor. add. l. 6. ff. h. tit.* quibuſdam eſt † Procurator Cæſaris vel fiſci. *ut Azon. in ſumma C. hoc tit. n. 4. & Accurſ. in d. l. ut ff. hoc tit. Paridi de Pute. verò tr. Syndic.*

hîc. verſ.

hic. verſ. an poteſtas. n. 17. eſt judex inter fiſcum & privatum. Alijs eſt extraordinaria † poteſtas 19.
data ad certum uſum Civitatis, pro re natâ. *quod ſequor cum Caſtrenſ. Iaſon. Coraſ. hic. & Coraſ. li. 3. miſcellan. c. 6. n. 14. Broſſæ. d. loc. Morla. part. 1. tit. 2. q. 6. n. 27. Briſſon. lib. 1. ſelect. antiquitat. cap. 12. adde his Bodinum multa de Curatelis differentem de Republ. lib. 3. c. 2. per tot. ubi n. 271. apparet, cum Imperio fuiſſe* jam cum priſci Romani permiſerint Aſſeſſores non niſi Magiſtratibus & qui cum Imperio aliquo fuerint, exiſtimaverim † curate- 20.
las majorum negotiorum intelligere Jureconſultum Papinianum *in allegatâ l. ult. ff. de offic. aſſeſſor.* in quibus cauſæ cognitio verſetur, prout in *l. 3. §. planè. ff. quod vi aut clàm.* permiſſus Præſidis vel Curatoris reipublicę componuntur. Quæ autem † aliâs partes Curatoris 21.
reipublicæ in genere fuerint, Cujacius nobis audiendus eſt *in l. Procuratores. 30. C. de decurionibus. lib. 10.* qui exponit: prædia publica & vectigalia locare, pecuniam publicam tractare, opera & loca publica curare. *per l. ad curatores. 46. ff. de damn. infect. d. l. 3. §. planè. l. aut qui aliter. 5. § item 4 & §. idem 10. ff. quod vi aut clàm. l. 2. & 3. ff. de adminiſt. rer. ad civitat. pertin.* alij Curatores rerumpublicarum † cauſas egerunt apud Præ- 22.
ſidem *Cujac. ad d. l. 30. per illum textum, qui alibi legati dicti in l. ult. §. legati. 12. ff. de muner. & honor.* alibi dicet idem eſſe planè inſtar ædilis. *12. obſerv. 30. in fin.* eſt etiam quidam Curator reipublicæ

Procurator annonæ. *Coraſ. d. cap. 1. lib. 3. Miſcellan. n. 14.* & ut ædificijs ſuus conſtet honos *Coraſ. ad d. l. ult. ff. de offic. aſſeſſ. n. 1.* Sic Curatores
23. † redituum publicorum habemus *in l. ult. §. ſed & 9. ff. de muner. & honorib.* & fiſcalis pecuniæ. *d. l. ult. §. 3. ff. eod tit.* Cæterùm non omnis curatela, ut dixi Aſſeſſuræ indigens, ſed major quæ conſilio expediunda.

24. Sine Imperio † qui ſunt dati judices à Magiſtratibus nunc ſuccedunt, qui & ipſi Aſſeſſores perinde accipiunt, ut ordinarij, ſi credimus *Baldo in authent. ad hæc. C. de iudicijs.* quòd quilibet privato ſumptu poteſt habere Aſſeſſorem *adde Menoch. de arbitrar. iudic. Caſ. 253. n. 4. Vmmi. diſp. de aſſeſſ. n. 8.* quin hanc regulam quod omnis delegatus perinde ac ordinarius judex capax ſit Aſſeſſoris, multis firmant. *Roſenthal. de feud. cap. 12. concluſ. 9. lit. a. ubi exinde arguunt ad iudices feudales Dominum & pares curiæ, quòd Aſſeſſores recipiant iure.*

Iſthæc regula, quòd ſcilicet delegatus ju-
25. dex Aſſeſsoris ſic potens ampliatur † 1. procedere, ſive is judex ſit doctus ſive indoctus, peritus ſive imperitus, de jure tamen Canonico & hodierno, *Schrad. d. p. 10. ſect. 13. n. 5.* imò etiamſi Doctor juris fuerit poteſt habere Aſſeſſorem. *Philipp. Franc. in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. nu. 6 de reſcript. in 6. poſt gl. ibid. in verb. relinquatur.* Cui tamen obloquitur *Speculator. d. tit. de aſſeſſor. §. ſalarium 5. in pr. Paris. de Pute. tit. de aſſeſſ. verſ. an poteſtas.*

poteſtas. n. 23. & 30. qui intelligendi ſecundùm ius civile, de quo infrà.

2. Secundò † ampliatur, ſive partes conſentiant, ut habeat Aſſeſſorem, ſive non conſentiant, *poſt Felin. & alios. Rosbach. hoc tit. n. 8.* 26.

Sane conſenſum partium adhiberi, delegato quando Aſſeſſores legit conſultiſsimum eſt. *Speculat. tit. de aſſeſſ. §. 2. n. 1.* prout nemo eſt qui dubitet quin Aſſeſſor delegato rectè jungatur, ſi partes id permittant. *Schrader. dict. ſect. 13. n. 6.* Sed minimè neceſſarius eſt conſenſus partium, *Speculat. d. loc. Schrader. ibid. n. 7. Mandell. ad rub. ff. h. tit. n. 7. Dn. Bocer. dict. comment. p. diſp. 3. theſ. 5.* licet refragari videatur gl. *in c. ſuper quaeſtionum. §. verum. verb. aſſenſu. de offic. delegat. Mandell. ad rub. ff. h. t. n. 6. ubi diſtinguit inter datum iudicem ad univerſitatem cauſarum, cui Aſſeſſorem permittit, & datum cauſae ſpeciali, cui negat.* Sed præterquam quòd intellectus is dubium hoc ſolvit, qui ſequitur infrà in limitationibus, ratio notabilis eſt in contrarium, *quam affert ipſe Mandellus dicto loco, quae generalis eſt & generaliter intelligenda, hac nimirùm;* quòd ſi judex teneretur ex conſenſu partium Aſſeſſores habere, tùm iniquum eſſet, judicem teneri ex facto Aſſeſſoris, ad quod tamen aliâs de jure obſtringitur. *adde Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 253. n. 5.*

Ad tollendam † hanc difficultatem diſſenſus partium, itemque ut eò major fiducia partium ſit in judicibus, ſtatuta locorum paſsim 27.

introduxerunt ut judices cum conſenſu partium Aſſeſſores legant. *Speculat. d. tit. de aſſeſſor, §. 2. n. 1 Rosbach. hoc tit. n. 6. ubi dicit iuri hoc non inconveniens eſſe, ne quis coram iudice ſuſpecto litigare compellatur, de quo in c. cum ſpeciali. de appellat. & c. ſuper quaeſtionum. §. quem verò. de offic. delegat. & approbat idem poſt Chilian. König in proceſſ. tit. 23. §. daß aber der/ &c. Schrader. de feud. p. 10. ſect. 13. num. 23.* prout etiam ejuſmodi pacta probantur, quibus partibus præſentatio Aſſeſſorum indulgetur. *Schrader. d. n. 23.*

28. Ubi tamen obiter † tenendum primò, datâ partibus facultate præſentandi Aſſeſſores, judex horum vota non eò magis ſequi neceſſariò tenetur, *ut rectè notat Philipp. Franc. in c. nullus ex conſilio. n. 5. de reg. iur. in 6. v. tamen. Chaſſan. conſuetud. Burg. tit. dés droicts, & appart. rub. 4. §. 7. le*
29 *mari & la femme. n. 29. & 30.* deinde noto, † quòd ſi partes non poſsint concordes eſſe in præſentatione perſonarum, quòd hoc caſu judex aſſumere ſibi poſsit Aſſeſſorem quem velit ipſe. *Speculator. d. §. 2. n. 3.*

30. Tertiò ampliatur † iſta regula, quod delegatus Aſſeſſores recipiat, vera eſſe etiam eatenus, ut partes cogantur lectis Aſſeſſoribus ſalaria præſtare. *Sichard. in l. 1. n. 45. C. de ſentent. & interl. om. iud. Paris de Puteo. tract. Syndic. verb. Aſſeſſor. verſic. poteſtas. n. 31. tex. in C. ſtatutum. § Aſſeſſorem & ibi gloſſ. Philipp. Franc. & Dd. de reſcript. in 6.*
31 *Rosbach. n. 5. Mandell. rub. ff. h. n. 8.* & eſt ratio † ſecundum

cundum Mandellum, quia ordinarius profitetur ſufficientiam, delegatus verò quaſi caſu ad hoc munus venit *d. n. 8.* ergò ſupplet meritò deficientē ſufficientiam conſilio aliorum, non enim propter hoc poteſt recuſari. *addit. ad gl. ſuper d. c. ſtatutum. §. Aſſeſſorem. notab. ſecundo.* & quidem cùm ſalariū † de publico non habeat 32.
delegatus ſicut ordinarius. *gl. in d. cap. ſtatutum. §. Aſſeſſorem de reſcript. in 6. Paris. de Put. d. n. 31.* Meritò partes expendunt ſalaria Aſſeſſorum, utpotè quorum commodo conſulitur, regulariter enim actus † expeditur ſumptibus ejus, 33.
cujus intereſt. *Boer. deciſ. 303. Gail. lib. 1. pract. obſerv. 99. n. 10.*

4. Quartò ampliatur † regula prædicta, ſi 34.
duo eſſent delegati, & unus judicaret opus eſſe Aſſeſſore, alter verò non putaret, quòd hac caſu iſte altero invito Aſſeſſorem vel Aſſeſſores adſciſcere queat. *Philipp. Franc. in d. cap. ſtatutum. §. Aſſeſſorem. n. 1.* & idem hoc exemplo tradit de uno ex Dominis feudi duobus ſimul judicantibus, vel paribus Curiæ, *Schrader. de feud. p. 10. ſect. 13. n. 20. in fine.*

5. Quintò † ampliatur regula adeò proce- 35.
dere, ut etiam neceſſe non ſit partes citare ad eum actum, quando judex legit Aſſeſſores: 1. Ra
quamvis enim aliâs receptum juris ſit axio- tio in
ma, citari oportere † eum, cujus intereſt. *l. ea* cōtra
quæ C. quomod. & quando iudex. l. in cauſa. 13. pr. verſ. rium
fin. nemine præſente. ff. de minorib. Novell. 119. cap. 6. 36.
authent.

authent. ſi omnes. C. ſi minor ab hæreditat. l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ ſentent. ſui appell. Oldendorp. de ſentent. & re iudic. c. 30. Marant. in Specul. p. 6. ſub tit. ut recte concipiatur citatio. n. 2. & ſeqq. Vantius de nullit. ſentent. ex defect. citation. n. 3. & ſecundò hîc
II. dici poſsit, intereſſe partium, videre qui Aſſeſſores vocentur, an ſint ſuſpecti, an verò
III. confidati (ut loquuntur) item tertiò, quia
IV. ſumptus tenentur expendere, videant quartò, nùm neceſſarium ſit Aſſeſſorem conduci.

37. Verior tamen † eſt meâ ſententiâ opinio negativa, quòd delegatus judex non teneatur citare partes ad videndum aſſumi Aſſeſſores. Conſtitutum namq; eſt in ſæpèdicto cap. ſtatutum. §. Aſſeſſorē de reſcriptis in 6. quòd conſcientiæ delegati permittatur hæc allectio, *& ibidem gloſſ. in verb. relinquatur, dicit credo, quòd pars non poſsit referre quæſtionem iudici delegato, dicendo, quòd Aſſeſſore non eget: quam ſequuntur, Philipp. Franc. d. loc. & reliqui Doctores,* & regulam ſta-
38. tuunt † generalem, quòd quandocumq; aliquid relinquatur cōſcientię alicujus, hi actus poſsint expediri partibus non citatis, *quod latè probat Schrader. tract. feudal. p. 10. ſect. 13. n. 24. 25. & ſeqq.* & aliâs non facilè retractare licet, quod per conſcientiam alterius negotium finitum eſt, *de quo noſtri in l. 1. & l. fin. C. de reb. cred. & iure-*
39. *iur.* accedit, † quòd judex in dubio ſemper præſumitur talis, qualis eſſe debet. *Andr. Gail. lib. 2. obſerv. pract. 89. n. 6. & obſ. 125. num. 5. Menoch.*

lib. 1.

lib. 1. præſumpt. cap. 67. & ſeqq. ante omnia autem conſcientiam habere. *Morla. empor. iuris. tit. de iuriſdict. om. iud. q. 10. in princip.* Viceverſa in parte contradicente præſumitur injuſta cauſa & quod ſumptus timeat.

Jam ad contraria † reſpondeo, & primò quidem quod dictum, citari debere eos, quorum intereſt, verum eſt hactenus, quatenus citati id, quod futurum eſt, impedire poſſunt: nam quando pars non poterit contradicere actui, ad hunc fruſtrà citatur. *poſt Cardin. Alex. & Dd. Maranta. d. p. 6. rub. rectè concipiatur citatio. n. 5. & n. 37. Gail. 1. obſ. 13. n. 3. & obſerv. 77. n. 9. & lib. 2 obſ. 142. n. 2.* Jam impedire non poſſunt aſſumptionem Aſſeſſorum, quia uti dictum, judicis conſcientiæ hæc commiſſa, quo ipſo ſimul ad quartum reſponſum eſt contrarium. 40.

Quod autem † ſecundo loco dictum, æquum eſſe ne ſuſpectis Aſſeſſoribus graventur partes, res tanti eſt momenti, quæ negligi minimè debet: ſed propterea peculiaris citatio partium inſtituenda non eſt, quibus ſemper integra eſt ſuſpicionis, vel ſi qua alia, putà imperitiæ, inhabilitatis &c. exceptio, & proponi poteſt, antequàm quid cæterorum agatur, quæ ad principale negotiũ pertinent. 41.

Quantum tertio loco ad ſumptus † attinet, verum eſt, partes hos ſubminiſtraturas, verùm eaſdem eo nomine initio commiſſionis citari, in tantum neceſſarium non eſt, 42.

eſt, ut hæc cura perfecto demũ negotio principali incidat, tùm judex tanquam arbiter medius inter Aſſeſſorem & partes moderatur & ad æquitatem redigit, quidquid ſuprà modum Aſſeſſor fortè petijſſe oſtendi poſsit: reliqua quæ ad hanc quæſtionem pertinent, prolixè tractata habes apud *Ludolph. Schrader. tract. feudal. d. p. 10. ſect. 13. n. 24. & multis ſeqq.* quæ huc tranſſcribere nolui.

43. ¶ Nunc limitationes quoq; præfatæ † regulæ ſubjicere operæ pretium eſt, quarum prima quod datus judex vel delegatus recipit Aſſeſſorem, id verum non eſt de jure Civili. Lex enim Civilis, ut maximè admiſerit Magiſtratus juris privati ſubtilitatum imperitos, quo de ſuus differendi locus erit, tamen judices imperitos juris non æquè voluit, *niſi enim*
44. *potuerint † per ſe noſſe quod iuſtum eſt ſed aliunde emendicare iudicandi honeſtatem, quomodo non maximum vitium erit reipublicæ, non eis, qui ex ſe, quod agendum ſit ſciant, lites tradere, ſed ſinere eos quærere alios, à quibus liceat diſcere, &c. inquit* Juſtinianus *in Novell. 82. in proœm. ubi rectè gloſſa in verb.* qui ex ſe. *locum communem facit de non ferendà in republicâ inani profeſſione ſcientiæ ſine re. adde Cuiac. in d. Novell. 82. tradentem & hanc rationem, quod profeßio datorum iudicum eadem eſſet, quæ Aſſeſſorum videlicet iuriſperitia.* Juxta quod de jure Civili etiam hodie delegatum Aſſeſſore carere voluit. *Curtius. in rubr. ff. h. t. per d. Novell. 82. in pr. & ibi gloſſ. refutatus ob id a Mandello ibid.*

ibid. n. 5. Et quod datus judex expers ſit Aſſeſſoris de jure Civili, docuit etiam *Dn. Bocer. in com. iur. p. 6. diſp. 3. theſ. 4. lit. c.* à quo tamen jure tandem receſsit jus Canonicum *Dn. Bocer. d. loc. theſ. 5. & hoc clarum eſſe dicit Mandell d. loc. n. 6. Paris de Pute. ſuprà dict. verſ. poteſtas. n. 23. & ſeq.*

2. Altera † & quidem principalis limitatio 45. præfatæ doctrinæ eſt, quod tùm demum Aſſeſſor conceditur judici dato vel delegato de iure Canonico ſumptu partium, ſi pro qualitate cauſæ opus habet: nam caſu quo iudex ipſe ſatis eſt aptus ad cauſam dijudicandum, eiuſque conſcientiâ ſuâ convincitur, tum aut omnino carebit Aſſeſſoribus. *text. diſertiſsimus in c. ſtatutum. §. Aſſeſſorem ubi gl. Philipp. Franc. latè n. 6 & Dd. omnes. de reſcript. in 6. Dn. Cocer. ſæpe dict. diſput. de aſſeſſor. theſ. 5. Mandell. rubr. ff. h. t. n. 8. Rosbach. h. t. n. 5.* aut ſi velit † nihilominùs habere 46. Aſſeſſores, conſcribat eos ſuis ſumptibus & ex marſupio ſuo. *Speculat. part. 1. tit. de aſſeſſ. § 2. eligitur. Bal. in auth. ad hæc n. 2. C. de iudic. Paris. de Puteo. tr. Syndic. verb. aſſeſſor. verſ. an poteſtas. n. 23. Schrader. d. ſection. 13. n. 5.*

Nam de publico ſalaria † habent ſoli Aſſeſ- 47. ſores ordinariorum Magiſtratuum, tàm Civili jure quam Canonico & hodiernis moribus. *Heinr. Boich. in C. cum olim. n. 10 de vit. & honeſt. Cleric. per illum text. Mandell. h. n. 8. Specul. hoc tit §. ſalarium. n. 1. Schrader. d. ſect. 13. nu. 22. ubi communem dicit. Roſenth. d. concl. 9. lit. c. & infrà pleniùs hoc docebitur.*

Tùm

48. Tùm autem opus habere † apparet, quando delegatus ignarus eſt & cauſæ impar. *Paris. d. n. 23.* & hoc caſu neceſsitatis judex delegatus partes compellere poteſt, ut pendant ſalaria Aſſeſſorum. *Roſenthal. d. concluſ. 9. lit. b.*

An autem & quando opus ſit Aſſeſſore, non ex doctrina deſumitur vel alijs circumſtantijs, ſed ex ſolâ conſcientiâ judicis, is æſtimabit tanquam vir bonus, *per ſuprà dicta, nam falluntur* Speculator. *hoc tit. §. Salarium. 5. in princip.* Paris. de Pute. *n. 23. & 30. in verſ. an poteſtas,* qui docto judici denegant Aſſeſſorem indiſtinctè *prout rectè notat ad Speculator. d. loc. Iohan. Andræ. in addit. lib. 6. poſt gloſſ. ſuprà allegatam. quia cauſæ gravitas aliquando eſt ſuprà doctrinam unius.*

47. 3. Tertia limitatio † regulæ ſæpedictæ eſt, cum ſtatuto, conſuetudine, pacto vel lege inhibita eſt Aſſeſſorum ſociatio judici, data autem parti, *per ea quæ ſuprà dicta ſunt hac de re peculiariter ſub ampliatione ſecundâ, & author quoq; huius rei eſt Chilian. König in proceſſ. c. 23. num. 2. Rosbach. num. 6. hoc tit.*

48. 4. Quarta limitatio † regulæ eſt, ut arbitrium aſſumendi, delegato & cuivis etiam alij conceſsum eò non extendatur, ut eligantur ſuſpecti partibus. *Philipp. Franc. in ſæpedicto. §. Aſſeſſorem. n. 1. Rosbach. h. tit. n. 8. Schrader. d. ſect. 13. n. 7.* nec aliàs reprobi. *ut infrà ſuo loco tradetur.*

49. ¶ Unum membrum adhuc ſupereſt eorum, qui accipiunt Aſſeſsores ſive Imperio

ipſi

ipſi cum ſint, huc refero Curatores reipublicæ eos, qui Imperium extraordinarium non habent. *vide ſuprà dicta. §. 1. in fin.* Sunt etiam
ejuſmodi † arbitri, nam etiam arbiter Aſſeſ- 50.
ſorem jure recipit, ſi opus habet & poteſt partes compellere ad ſumptus ſuppeditandos. *poſt gloſſ. in l. 2. C. de ſentent. ex brevic. recitand. Philip. Franc. in d. §. Aſſeſſorem. n. 1. verſ. & quòd hîc: Schrad. dict. ſect. 13. n. 4. ubi plura allegat.*

Jam cum † quilibet Aſſeſſorem poſsit ad- 51.
ſciſcere, cui modò judicare datum, conſeſequens eſt, hanc facultatem non eſſe jurisdictionis. *Vmmius diſput. de aſſeſſor. n. 8.* Niſi dicas & fortè non malè eſſe jurisdictionis, ſi publico ſalario aſſumitur; illud ſanè patet, aulicum
judicium ordinare † vice Principis quod ju-
dicet, eſſe ſummæ poteſtatis & verè regium, ſi 52.
fiat ab eo, qui ſuperiorem non reveretur. *l. 1. in princ. ff. de ambit. Novell. 15. princ. verſ. nos igitur. Roman. conſil. 271. incip. vis tota. n. 2. & ibi Mandoſ. addit.*
Et communicatam † poteſtatem ſtatibus Im- 53.
perij, ut juxta Cæſaream majeſtatem præſentare poſsint judices Cameræ Imperialis, quis non ſummæ excellentiæ eſſe videt? ergò perditur hoc beneficium rurſus, contumaciâ non præſentandi debito tempore vigore ordinationis *part. 1. tit. 1. 2. & 3. Dn. Bocer. d. diſput. de aſſeſſ. theſ. 19. Denaiſ. iuris Camer. tit. 12.* Atque Du-
ces, † Marchiones, Comites eoſque, qui jura 54.
territorij habent, ordinare judicium auli-

 cum

cum cum poteſtate vice ſuâ judicandi, partem eſſe juriſdictionis ſublimioris, der Landsfürſtlichen Obrigkeit. *Andreæ. Knichen. tract. de ſublimi. & regi. territor. iur. cap. 3. n. 276. & ſeq. Symphorem. Gilman. tom. 1. p. 2. tit. 6. fol 97. nu. 47. & ibi per tot, Matthi. Stephan. tract. de iuriſdict. p. 1. l. b. 2. c. 7. num. 320. & ſeqq. Thom. Michael. diſput. de iuriſdict. theſ. 52. lit. a* & certè ob hanc cauſam Dominis Comitibus de Löwenſtein tanquam ſubditis Ducum de Wirtemberg, aulicum judicium, inceptare volentibus, inhibitus conatus eſt.
55. Prout Ducibus noſtris † Wirtembergicis aulicum judicium ſuum omni pretioſo lapide pretioſiùs habetur. *Præfatio* der Fürſtlichen Hoffgerichts Ordnung in Wirtemberg *§. 60.* befehlen / ꝛc.

¶ Cum itaque viderimus hactenus, qui aſſumant Aſſeſsores, & quàm propè accedat hæc aſſumptio ad juriſdictionem in his, qui cum ordinario ſunt Imperio: hîc talis nunc
56. conſtituenda eſt notio: Quòd in dubio † Aſſeſsorem advocare ſit voluntatis arbitrij atq; conſcientiæ judicis: *ſæpè dicto. c. ſtatutum. §. Aſſeſſorem. & ibi gloſs. & Canoniſtæ de reſcript. in 6. Menoch. de arbitrar. iudic. Caſ. 253. per tot. Schrader. tract. feudal. p. 10. ſect. 13. n 23.* Nec poteſt cogi per partes,
57. † ut cum prudentibus ſeu Aſſeſsoribus de ſententiâ deliberet, id enim conſilij quidem & cautionis eſt, non autem neceſsitatis. *gl. in l. 2. C. de ſentent ex brevic. recitand. Vantius de nullitat. tit. de nullit. ex def. ct. iuriſd. ordin. n. 148. facit textus in l. qualem.*

qualem. 19. ff. de recept. arbitr. l. ſi aviam. 3. ubi Dd. C. *de ingen. manumiſſ. Schrader. d. ſect. 13. n. 46. latè Roſenthal. de feud. cap. 12. concluſ. 9. lit. e. f. & cap. 5. concluſ. 5. n. 3. 4.* ſicut in ſimili non tenetur acta † mittere ad conſulendum juriſperitos, *Menoch. de arbitrar. iud. lib. 1. quæſt. 23. latè à princ. Vantius. dict. tit. nu. 146. & 147. Schrader. tract. feud. p. 10. ſect. 14. num. 6.* 58

Extenditur hoc † dictum procedere. 1. ſive partes petant, ut Aſſeſſorem recipiat judex renuens, ſive non petant. *Schrader. ibid.* 59

2. Extenditur verum eſſe, etiamſi judex ſit minor viginti quinque annis. *tex. in l. quidam conſulebant. 57. ff. de re iudicat. Schrader. d. loc. n. 48.*

Limitant autem † hanc nationem duobus modis, primò ſi conſuetudo vel ſtatutum hanc judici imponat neceſſitatem, *Roſenthal. d. loc. lit. g. & ante ipſum Schrader. d. p. 10. ſect. 13. n. 52. Menoch. dict. quæſt. 23. num. 11.* quâ in parte apud omnes vapulat Speculator, qui negavit hanc conſuetudinem eſſe rationem. *part. 2. tit. de requiſit. conſil. §. 1. verſ. ſi verò non ſit. refutatus ibidem per Iohan. Andræ. in addition. Br. in l. ſi convenerit. 26. per illum textum. verſic. puto. ff. de re iudicat. Afin. in praxi. § 25. cap. 1. ubi plures alios citat.* 60

Hic ſe offert ardua † quæſtio, quam hodie acerrimè diſputari videmus inter authores, ut res loquitur, doctiſſimos & rerum experientiſſimos, tacitis tamen nominibus, occaſione relationis deß verlauffs mit der Statt Donawert/ 61

nawert / ſicut & alius quidam author anonymus peculiarem hoc homine quæſtionem formavit publicavitq; cum documentis quibuſdam, nundinis paſchalibus Francofurtenſibus anno 1613. pertinens quidē ad hunc locum; an nimirum S. Cæſarea majeſtas de feudis Imperij majoribus cognoſcens, (prout ejuſmodi controverſiarum cognitio ejus Majeſtatis reſervatum eſt ſingulare. Cammergericht Ordnung/ p. 2. tit. 7.) de jure vel conſuetudine S. Imperij Romani Aſſeſsores teneatur accipere Principes modò dicti Imperij. welches ſie das Fürſtenrecht nennen? ego hîc malo illorum æmulari negligentiā, qui ejuſmodi quæſtionem non definiunt, ventilandam in locis altioribus, certè tenuem meum laborem longè ſuperat: quid autem iſtud? inquis, num pœnitet veritatem profiteri? non herclè pœnitet, ſi in loco & officij ratione dicenda eſt: nunc quod arbitrium tantę rei non ſumo, mihi credo decentius eſſe & melius & moderatius.

62. Adde huic limitationi, † ſi pactum eo ſenſu factum eſſet, quod certè ſervandum. *Schrader. d. ſect. 13. n. 50. & ſeq.*

2. Deinde limitatur notio ſecundo modo, ſi judex foret imperitus & ad cauſam dijudi-
63. candam † ſolus non ſufficiens, quod hoc caſu poſsit cogi ad ſumendum Aſſeſsorem docet *Chaſſan. in Catal. glor. mundi. p. 7. conſid. 27. verſ. & quo-*

& quoniam. Schrader. dict. ſect. 13. n. 49. Roſenthal. d. c. 5. concluſ. 5. n. 4. & c. 12. concluſ. 12. lit. e. f. Mea quid fert opinio hoc loco, paucis dicam; niſi imperitia talis evidentiſsimè appareat, primò ſatis periculoſum † eſt eam allegare contra judicem primo ſtatim in limine, cujus ingreſſu cauſæ animus lucrifaciendus potiùs eſt. Nam quantum interſit judicem habere propitium oſtendit *l. denunciaſſe. 17. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulter.* nec rarum ex eâdem causâ unum damnatum, alterum abſolutum, adeò multæ judiciorum cauſę ad iniquè pronunciandum valent, *inquit Fabius. lib. 5. inſtitut. orat. cap. 2. in fin.* quid? quod naturale ſit (*idem ait. lib.* 4. *c.* 1.) ut udices his quos † libentiùs audiunt, faciliùs redant, & ſic præoccupatis animis cauſæ multæ bonæ ſunt vel malæ, prout ſunt judicis ures. *uti verè Perſes apud Livium libr. 41. dicebat.* uin ergò in exordio judicem ſi non meliori odo fieri poteſt, ſaltem vanitate delineas ude, ſi Fabij amplectendum conſilium, *lib. 4. t. cap. 1.* 64. 65.

Deinde judicem † etiam imperitum cogi ſſe, ut præcisè ſecum adſidere patiatur nſiliarios, nondum video probatum firs rationibus. Licet enim ſine intellectu ſæ judicare ſit contra ſubſtantiam judicij. *um ſimilibus. C. de ſentent. ex brevic. recitand.* ta- 1 alio modo huic rei poteſt remederi, vi- cet conſulendo prudentes in ſcriptis, 66.

 quod

67. quod tamen idem liberum † ipſi eſt. *Aſin. d. §.
25 cap. 1. verſ. ego puto: ita hanc alternativam diſcernit
Schrader. de feud. part. 10. ſect. 14. n. 66. ubi contra Me-
noch. d. q. 23. n. 9. & 10. diſputat, qui iudicem etiam im-
peritum neque ad conſulendum neque ad Aſſeſſores adi-
git, quæ ſententia, ſi intelligatur de his, qui ex lege vel
conſuetudine iudices ſunt, & ſic quaſi caſu, non attentis
qualitatibus, & ubi appellatio trahitur ad ſimiles, ut ac-
cidit in paribus Curiæ & ſimilibus iudicibus, item quibus
iuriſdictio in patrimonio obvenit, videtur eſſe dura.* Si
verò Menochius intelligatur de delegatis &
ordinarijs iudicibus iudicio hominum præ-
fectis exiſtimaverim, quantum ad ordina-
68. rium † attinet aut rarò dari imperitiã in hoc,
regulariter enim ſufficientes ordinantur, aut
ſi aliquando contingeret, præſtò eſſe reme-
dia ordinaria corrigendæ iniquitatis appella-
tionem ſcilicet, nec proinde opus eſſe, ut ini-
tio cauſæ compellatur ordinarius ad reci-
69. piendum Aſſeſſorem: De delegato † iam ſi lo-
quamur, intereſſe puto, an imperitia objicia-
tur ei ad effectum remotionis, ut delegans
det alium idoneum, in caſu apparentis inha-
bilitatis, & quo inſuper ipſe Aſſeſſores ſper-
net, & non dubium eſt, quin hoc facile impe-
trari poſsit: an verò pars imperitum ultrò ad-
miſerit, quod ſi factum, quo prætextu ultrà
admiſſo petierit Aſſeſſores adjungi? & ſi ma-
ximè adiuncti fuerint, quid proderunt quo-
rum conſilia reſpuere vel recipere iudici in-
tegrum

Google

grum eſt? & hactenus Menochij ſententia, *quam poſt pac. de Scala. d. q. 23. n. 9. & 10. defendit*, mihi non improbabilis videtur, proſtat enim parti inſuper à delegato poſt ſententiam, provocationis via: proſtant remedia adverſus delegatum ob malè judicatum competentia.

CAPUT QUINTUM.

Aſſeſſor legendus conſideratur ut homo, cum qualitatibus neceſſarijs & decentibus.

SUMMARIUM.

Hominis gratia omnia condita, num. 1.
Corporis dotes recenſentur. n. 2. & ſeqq.
Corpulentus plus ſlat, quam orat. n. 3.
Pulchritudo corporis laudatur. n. 4.
Corporis venuſtatem nimis diligenter inquiunt. n. 5.
Indicia naturæ fallibilia. n. 6.
Gloria non eſt in fortuitis. n. 7.
Corporis vitia deſerviunt adverſarijs exagitandis. n. 8.
Stoicis bona erant, non niſi quæ verè talia. n. 9.
Aſſeſſoris potiſſima pars inviſibilis, mens ſcilicet. n. 10.
Diſſimilia ſunt Conſiliarius & equus. n. 11.
Vitia ad externa indigemus omnes conniventia. n. 12.
Impubes prohibetur eſſe Aſſeſſor & iudex. n. 13.
Quid in pubere maiore quatuordecim minore autem, octodecim annis? n. 14.
Quid ſi partes talem petijſſent? n. 15.

Quid ſi ſciſſent ætatem partes? n.16.
L. cum lege. 41. ff. de arbitr. declaratur. n.17.
Iudex & arbiter differunt ratione ætatis perſonæ. nu. 18, & num. 20.
Durius agitur cum eo, contra quem arbiter pronunciavit. num. 19.
Minor octodecim annis poſtulare poteſt. n. 21.
Annos octodecim tranſgreſſus iudicare & aßidere poteſt. num. 22.
Sed an repelli poteſt à parte antequàm addicatur. n. 23.
Repellendi iudicis cauſas re integrâ leviores admiſſas. num. 24.
Viginti annorum qui ſit poteſt eſſe iudex per Canones. num. 25.
Minor non cogitur ad munera. n. 26.
Id declaratur. ibid.
Verſic. final. l. cum lege ff. arbitr. declaratur. n. 27.
Munera recipiunt modum ex perſonæ qualitate. n. 28.
Aſſeßor & iudex à pari procedunt quantum ad minorem ætatem. n. 29.
Minor à parte fortè non admittitur ad aſſeſſuram. n. 30.
Minor iudex ex malè iudicato convenitur. n. 31.
Malè iudicatum eſt quaſi delictum. n. 32.
Minores in delectis non iuvantur. n. 33.
Iudex tenetur ob malam electionem Aſſeßoris non idonei. num 34.
Minores, Magiſtratus geſſerunt non rarò apud Romanos num. 35.
Minor poteſt eſſe rex. n. 36.
Et ordinarius Magiſtratus. n. 37.

Senibus

Senibus iuniores miſceri expedit. n. 38.
Senibus an iuvenes præferendi, remiſſivè. n. 39.
Negatur regulariter. n. 40.
Menochius vult Senatorem quadraginta annorum. n. 41.
Chaſſaneus iraſcitur iunioribus. ibid.
Conſiliarij legendi ætas. n. 42.
Ætas emerita Aſſeſſoris. n. 43.
Corporis elegantia. n. 44. & ſeq.
Veſtitus debet eſſe honeſtus. n. 45.
In victu moderatio. n. 46.
Quæ tamen citra præceptum multis malè ſalariatis ab ipsâ neceſſitate iniungitur. n. 47.
Dives an pauperi præferendus. n. 48.
Pauper eſt, qui malis moribus præditus. n. 49.
Dives qui bonis præditus. ibidem.
Sorte contentus ſuâ ſatis dives. n. 50.
Dites veri hodie pauci. n. 51.
Raptor eſt alienorum, qui ultrà neceſſaria ſibi retinet. num. 52.
Pauperes honoribus arcebantur non quaſi indigni, ſed quaſi impares oneri adnexo. n. 53.
In ditibus præferendis cautione opus. n. 54.
Paupertas non eſt de genere malorum. n. 55.
Gravitas ſervanda. n. 56.
Reputatio an eſt virtus. n. 57.
Reputationis falſa propria. n. 58. & n. 60.
Reputatio falſa fugienda & cavenda. n. 59.
Accommodatio aulica. n. 61.
Morem accommodari prout conducat, vetus malum. num. 62.

Google

Nutianus accommodator egregius. n. 63.
Et Chryſalus plautinus. n. 64.
Simulatio aulica. n. 65.
Peregrinatio quid pertineat ad Aſſeſſorem? n. 66.
Linguarum peregrinarum cognitio. n. 67.
Ingenium expeditum deſideratur. n. 68.
Probum magis quàm verſutum. n. 69.
Eloquium. n. 70.
Eloquentia Germanica. n. 71.
Eloquentia ne larga ſit nimis. n. 72.
Doctrina & eloquium coniuncta valent. n. 73.
Votandi tempus certum præſcribi non poteſt. n. 74.
De Memoriâ remiſſivè. n. 75.
Doctum volumus Aſſeſſorem. n. 76.
Philoſophandum ſobriè. n. 77.
Aliquando etiam indoctus literarum adſidebit. n. 78.
Panſophia dabilis eſſe videtur. n. 79.
Philoſophum Aſſeſſorem volumus. n. 80.
Ethicum potiſſimum. n. 81.
Politicus eſto & qualis? n. 82.
Prudens eſto noſter. n. 82.
Hiſtoriarum gnarus. n. 84.
Amans reipublicæ. n. 85.
Avaritiam fugito. n. 86.
Conſilium bonum erit ſine reſpectu rei privatæ. num. 85 & num. 87.

AD cauſſam materialem referri poſſunt ea, quæ in quovis homine conſiderantur, uſque dum aptus ſit & munus aſſeſſorium.

Digitized by Google

rium. Nam ab homine faciamus exordium oportet, cujus gratia † omnia condita. *§. in pecudum. 37 inſtitut. de rer. diviſio.* & cujus nomine omnia jura conſtituta. *l. 2. ff. de ſtat. homin. Specul. in proœm. p. 4.* tum tranſgrediamur ad perſonam. Hominem conſideras ut ex corporis dotibus vel ex dotibus animi, (quas habere debet ante electionem, nam quæ poſt electionem exſeri debent virtutes aliorſum pertinent:) de his ſaltem ut non prætermiſiſſe videar, diſſeram, rejecto quoad reliqua lectores ad inveſtigatores earum rerum diligentiores. 1.

¶ Jam eſto mihi valetudine † bonâ. *Grimal. de opt. ſervator. lib. 2. pag. 75.* & complexione. *Kirchner. de legat. lib. 1. c. 4. num. 131. & ſeqq.* temperatâ *Ruland. de commiſſ. lib. 1. cap. 10. n. 7.* non Melancholicus, cui ſtupor ineſt nec Phlegmaticus, cui hebetudo. *Frider. Fur. de concil. c. 3. § 2.* Cholericus prodeat aut Sanguineus, aut ex his duobus mixto humore. *Fur. Kirchn. Grimal. Ruland. ld. locc.* Valetudinarius domi ſe contineat, monitu Socratis apud Platon. de repub. judiio excedat: 2.

Complexio autem temperata eſto ad ingenium producendum alacre ſecundum prædicta: non ut fiat inde ventrioſus & corpulentus, † qui plus flare, quàm orare poſſit. *Kirchner. de legat. d. loc. n. 101. & 102.* & cupâ craſſior videatur. *Furi. d. c. 3. § 3.* ut perditum egregium 3.

gium aratorem dicas tali conſultore facto. *Kirchn. n. 99.* quamvis viceverſâ detractum alimoniæ nolim hactenus, ut congro macilentior appareat. *Fur. d. c. 3. §. 3.* & qui gracilitatem nimiam ſoleis plumbo junctis adverſus ventorum vim defendere neceſſe habeat. *Kirchner. n. 104.* Corpore legendus venuſto &
4. amabili, gratior eſt pulchro † veniens è corpore virtus ut Maroni viſum. *Kirchner. d. loc. n. 5. & n. 87. cum ſeqq.* mediæ ſtaturæ. *Fur. d. §. 3.* quidam de longis & brevibus:

Non qui cœlum humeris portare videtur ut Atlas
Nec brevis ut natus bella timere gruum.

dignitati congruens forma corporis ſufficiat. *Hippol. conſil. p. 8.* membra invicem reſpondeant proportione juſtâ: non brevimanus, non longimanus, non altiori vel depreſsiori humero, nō gibboſus, non brevis pede non lumine luſcus, & ſi quem ſimili nota natura exuberans vel deficiens notavit. *Kirchn. Fur. dd. locc. & largus in his omnibus Ruland. c. 11.* Ariſtoteli proverbium excidit: cavendos quos natura notavit: nunc caput formant, ut gratioſum referat & placidum hominem, cum contrà monſtroſum ingenium arguere dicant acuminatum, exile autem ingenium, nimis parvum caput, vultum requirunt longiorē paulò quàm rotundiorem, non triſtem, ſed frontem mediocrem ſi non magna contigit, quæ exoptatur magis: Hîc & naſum formant curioſi,

rioſi, ut aquilinus ſit non craſſus & qui toris luxuriet, nec contortus. *Fur. d. l. §. 5.* oculis leges ſcribunt, ne vagentur, ſint clari, alacres, mediocres: labijs, ne pendeant, nec ſolâ cute obducta, ſed grandiuſcula ſint:

Ij autem qui his in rebus † magis curioſi diligentiam (quæ ſi nimia vitio vertitur. *l. Divus. 6. ff. de bon. damnat. ut Scipio Cenſor aiebat: non amo nimium diligentes. Sigon. in faſtu Rom. p. m. 370.*) hanc ſuam exemplo excuſant: equum (inquiunt) ementes, cur pilos, caudam, crura, oſſa, latera, carnem, inceſſum, curſum, ſtatum, pabulum, aquationem inſpicimus? niſi quòd in homine legendo ad tàm præſtans officium Conſiliarij ſimilem omittere curam ſupinitas foret extrema. 5.

Verum enimverò, in Aſſeſſore iſta ſi reperiantur omnia, qui alijs pollet artibus ad officium requiſitis magis neceſsariò, benè eſt: ſin non omnia, quid tum poſtea? Iſta quidem naturæ indicia † quidam vel ad torquendos miſeros & ad criminis præſumptionē extenderunt, improbabili ratione, ſi non malefactis propiora argumenta concurrunt. *vide Dn. Bocer. tract. de quæſtion. c. 3. n. 78. & ſeqq.* in fortuitis † gloriam quæri, virtutis arguere inopiam oportet, ſicut viceverſâ mos vulgo, fortuita ad culpam trahentes. *Tacit. annal. 2. & 4.* qualia C. Piſoni aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies, ſed procul gravitas 6. 7.

morum

morum aut voluptatum parcimonia. *idem an-*
8. *nal. 15.* † Equidem iſta exagitandis adverſarijs commodiſsima ſunt, ſi cum vitijs corporis etiam criminibus ſcateant, quò pertinent illa apud Ciceronem, *pro Quint. Roſcio Comœd.* faciem utriuſque conſiderate, nonne ipſum caput & ſupercilia abraſa olere malitiam & clamitare calliditatem videntur, ſatis dicta oratoriè, ad probandam autem calliditatem & malitiam per ſe ſola infirmiſsima, imò nullius momenti: ſed in probatam calliditatem & malitiam valdè dici potuerunt appoſitè. Rectiùs
9. Stoici, † qui in bonis habebant ea, quæ bona animi verè dici poſſunt, cætera fortunæ ludibria ne nomine quidem bonorum digna judicabant. *Tacit. 4. hiſtor.* Jam non ampliùs mirabimur diligentiam iſtorum, qui in equo, pilos, corium, artus cum vitâ emunt & prætерea nihil: in Conſiliario verò & Aſſeſſore
10. potiſsima ea pars, quæ inviſibilis eſt, † mens videlicet & ratio: hæc ſi adſit cum integritate animi, reliqua pro differentibus erunt: Appium Claudium cæcum & ſenem delatum in Senatum eſſe memoriæ proditum. *Cic. Philipp. 1. Valent. Forſter. hiſtor. Iur. Rom. lib. 2. c. 83. num. 36.* optimum certè Senatorem, alioqui nō fraudaſſent conceſsâ duplici ex cauſâ immunitate: bonum autem conſilium in tàm effæto corpore charius erat, quàm in multis juvenilibus, an tu equum cæcum & annoſum
peræquè

peræquè prætuleris? ergò diſsimilia † ſunt 11.
Conſiliarius & equus: intereſt certè omnium
iſta non exactò requiri, Furius noſter ſubtilis
harum rerum examinator † non advertit, 12.
quod ex nomine ſiniſtra de perſonâ ipſius
potuiſſet conjectura capi, haud procul enim
abeſt furius à furioſo: cujus rei commonitus
fortè ſcrupuloſitatem vertiſſet in conniven-
tiam

¶ Nunc ad ætatem Aſſeſſores accedendum, atque indaganti, quâ ætate aſsidere liceat, præmittendum, quid hoc nomine de judicibus ſi receptum, nam hæc cognita ſunt & planè ab invicem pendent.

Impubes natura † prohibetur eſſe judex 13
ob defectum judicij, & de hoc dubitat nemo.
l. cum prætor. 12. § non autem. ff. de iudic. ergò ſi Ma-
giſtratus hunc juberet judicare, vel ſi partes
talem voluntariò judicem optarent, inepti
eſſent, & judicatum non valeret: *arg. d. l. cum
prætor. §. 2. ff. iudic. l. quidam. 57. verſ. & æquiſſimum,
à contrario ſenſu. ff. de re iudicat. c. infamis. 3. q. 7.*

Quæritur autem de pubere † majore annis 14.
quatuordecim, minore autem octodecim
annis, num is unquam poſsit judicare? & qui-
dem ſi talis judicaſſet, non æquum fuerit
ſententiam ejus tueri. *d. l. quidam conſulebant. 57.
ff. re iudic.*

Sed quid ſi partes † petijſſent perſonam, 15.
quæ poſtquàm judicaſſet, minor octode-
cim

cim annis natu reperiretur, nec hujus judicium defendendum Cujacius ſtatuit. *ad l. 1. & l. 3. ff. de iudic. approbatus à Dn. Bocerô. in comment. iur. p. 6. diſput. 2. n. 22.* non enim veriſimile eſt, partes ſciviſſe ætatis nimiam exilitatem.

16. Quòd ſi autem † partes commonitæ fuiſſent ætatis infra decimumoctavum annum, & recepiſſent talem judicem, quidquid judicaſſet, certè cum probro detrectaturæ ſunt poſtea, ut quidem Donello & rectè viſum. *lib. 17. commentar. 24. p. 101. conſentit gl. in d. l. prætor. 12. verſ. non autem omnis. verb. & impubes. nec refragatur. d. l. quidam conſulebant. verſ. & ſi fortè. ff. de re iudicat. quia loquitur in genere de minore, qua ætas incipit poſt quartumdecimum annum.*

17. Et quod objicere poſsis † L. cum lege. 41. ff. de recept. arbitr. ubi non licet eligere arbitrum minorem viginti annis, ergò multò minùs judicem minorem annis octodecim: quæ lex eò fortiùs urget, quòd ibi dicitur; pœnam non committi, ſcilicet quam quis paciſcendo ſeu ſtipulando ſibi ipſe impoſuit.

18. Reſpondetur I. Diſsimilia eſſe † arbitrium & judicium hâc in parte: arbiter infrà vigeſimum annum non recipitur rectè. *ut d. l. cum lege.* ſed bene judex *ut d. l. quidam conſulebant.* Jam fateri cogor, multum eſſe, quod vigeſimus annus in arbitrio non recipiendo præfinitus eſt non ſolùm in gratiam recepti minoris, eò quòd adverſus conſenſum & receptionem

oneris

oneris in integrum reſtitui poſsit: ſed etiam caſu, quo minor non detrectaret officium, in gratiam partis, quæ in talem arbitrum conſenſit, & tamen pœnæ poſtmodò obnoxia non eſt, id quod eum, qui minorem viginti annis recepit in judicem, non relevat, ſed adverſus hunc ſententia dicta defenditur. *dict. l. quidam conſulebant.*

II. Sed reſpondetur † ſecundò, magnam 19. eſſe inæqualitatem inter arbitrum & judicem hoc in caſu: judex minor viginti annis ſi maximè receptus eſt, & ſentẽtia ejus valet hactenus, ut nullitatis ex defectu perſonæ judicantis argui amplius non poſsit; tamen parti proſtat appellatio ex cauſa apparentis iniquitatis. *tot. tit. ff. de appellat.* quæ ab arbitri laudo permiſſa eſt minimè, niſi ob grandem læſionem. *l. 1. C. de recept. arbitr. l. non diſtinguemus. 32. §. cum quidam. utrobique Dd. ff. eod. tit.* ergò lex grandiorem † ætatem in arbitro deſiderat 20. meritò, quàm in judice, ut & factum eſſe diſertè, conſpicimus in dd. duabus legibus, ubi igitur lex certa eſt in contrarium, ibi quod pars ſe obligat duriùs, non tenet contra legem annullantem: ac proinde manet, quo pacto ſe quis obſtrinxit de non repellendâ ſententiâ ob id, quod minor octodecim annis eam dicturus eſt, id eſſe ſervandum. *per ſæpè dictam. l. quidam conſulebant. 57. ff. de re iudicat. idq; quod pacta multum valeant in iudicio pro formandâ*

Digitized by Google

ſententiâ, tralatitium eſt ab leg. ſi convenerit. 26. ff. eod. tit.

21. Præcedens deciſio † exinde fundamentum quoque ſumit quòd ætatis ſeptendecim annorum poſtulare poteſt. *l. 1. §. initium. ubi id cum laude Nerva filius. IC. in eâ ætate præſtitiſſe adeoque de iure publicè reſponſitaſſe confirmatur. ff. de poſtuland.* gravius autem eſt, partis unius merita commodè proponere, quàm utriuſque meritis auditis, alteram probare vel improbare cauſam ut experientia teſtatur.

Jam aſcendendum in ipſos octodecim
22. † annos, quin his major judicare poſsit datus in judicem à prætore non eſt dubium ampliùs. *Colez. de proceſſ. execut. p. 4. c. 1. n. 61. Zanger. tract. de except. cap. de except. contr. iud. Oldendorp. tr. except. hoc eod. tit. p. m. 27. num. 1.*

Sed quæritur an initiò, antequam talis ju-
23. dex addicatur, pars eum repellere † poſsit ſolâ ætatis ratione? Olim certus erat numerus judicum unde ſumebantur, quorum uſus eſſet, hâc ferè formulâ; pars una nominabat, id erat dicere; altera pars probabat eundem, id erat condicere, tùm Prætor addicebat *Gothofred. ad l. 2. §. 2. ff. de iudic.* Nunc habendum eſt, majorem octodecim annis potuiſſe in numerum judicum inferri: *d. l. Prætor. 12. §. 1. ff. de iudicijs. d. l. quidam conſulebant. 57. ff. de re iudicat.* ſi ipſe ſe non excuſaret. *ut l. cum lege. 41. ff. de recept. arbitr.* certiſsimè verò majorem viginti annis. *d.*

l. cum

Digitized by Google

l. cum lege. ff. de arbitr. Igitur hoc ab unâ parte laudato, certè altera pars nil cauſæ habuit, quin condiceret eum, quē Prætor pro judice publicè probaſſet, niſi fortè præter ætatem alia objici potuiſſent: idem exiſtimaverim obſervatum, ſi Prætor extra ſtatum numerum aliquam dediſſet perſonam in judicem minorrennem id quod potuiſſe vel ex eo ſolo probabile eſt, quia aliâs fruſtrà diſputaretur de ætate judicis, ſi non etiam alij, quàm qui in numero eſſent, legi potuiſſent.

Interim tenendum, † quoniam facilius erat judicem invenire, quàm teſtem, leves cauſas repulſionis admiſſas fuiſſe tùm, cum judices legerentur ingreſſu cauſæ: Concludo majorem octodecim annis potuiſſe eſſe judicem, magis autem viginti annis majorem: *d. l. cum lege. 41. ff. recept. arbitr.* adeoque cogi potuiſſe, ad hoc publicum munus, quale judicandi erat. *l. quippe. 78. ff. de iudic.* certè Canones † talem delegatum faciunt. *c. cum vigeſimum. 41. de offic. delegat. ubi gl. in verb. eandem ætatem.* Nec obloquitur generalis regula munerum † perſonalium nomine recepta, quod ad ea nemo cogeretur qui non eſſet majorennis *l. ad rempublicam 8. ff. muner. & honor. l. 2. ff. de vacat. ex excuſ. mun. l. 2. C. qui ætat. vel profeſſ. lib. 10. tit. 49.* Nam ea regula ſuas recipit limitationes ſcilicet in his caſibus, quos lex aliter definit, ut in ſpecie muneris judicandi fit, *per d. l. cum lege. ff. de arbitr.*

24. 25. 26.

Digitized by Google

arbitr. abſurdè enim ibidem diceretur de minore viginti, quod non poßit cogi, ſi maior viginti annis perinde cogi non potuerit. prout ſecundò etiam conſuetudini ſimilis limitatio conceditur, *ut d.l.2.ff. de vacat. & excuſ. muner.* tum tertiò, ſi cauſa ſit urgens. *ut l. ut gradatim. 11. §. quoties. ff. de muner. & honor. ubi Gothofred.* Jam in minore qui ſit ſuprà viginti annos judicium hactenus non deficit regulariter, ut auditis in utramque partem argumentis neſciat cui palmam tribuat, juſtitiæ; nec judicatio conjunctam habet adminiſtrationem aut aliud onus, ut decurionatus & ſimilia. *d. l. ad rempublicam. 8. ff. de muner. & honorib.* vel etiam periculum grande partium, cum integra ſit appellatio *ut ſuprà dictum.*

27. Nec hîc rurſus obſtabit † verſiculus finalis. *d. l. cum lege. 41. ff. de arbitr.* in quo verbum *temerè* non id præſupponit, quaſi immunitas ſit minori ab judicandi onere, quam ipſe temerè neglexerit allegare, nam contrarium patet ex præcedenti verſiculo: Ergò hic verſiculus accipiendus de cauſæ qualitate & gravitate, quæ tanta ſit, ut ætas juvenilis eam non capiat, ſi itaque temerè, id eſt, putans omnes indifferenter cauſas ſibi ſuſcipiendas, cum hanc potuiſſet ob ſingularem perplexitatem recuſare, excuſabitur.

Illud enim in munerum materiâ generale
28. † quòd cum modo exigenda. *l. 2. §. quem ita. ff. de vacat. & excuſat. muner.* & ne graventur junio-

res

Digitized by Google

res præ Senioribus. *l non tantum. 11. ff. de decurion.* & ne onerentur vires tenuiorum. *l. 2. §. fin. ff. de vacation.* accedit, quod minoribus facilè ſuccurritur ubi timor detrimenti ſubeſt. *per vulgata.*

His ita præmiſsis † de judice, cum de eo, an 29.
minor poſsit eſſe Aſſeſſor ſimilis planè ratio ſit, non dubito idem jus in aſſeſſura conſtituere: adeoque urgentior erit admiſsionis cauſa ad aſſeſſuram, quæ acceſsio ſolùm eſt ad judicis partes.

Sed objicitur hîc & quidem graviter, quòd judex non tenetur ex malè judicato ſi Aſſeſſorem habeat. *nota l. 2. ff. quod quiſq. iur. in al. ſtat*
Cum autem minor † in jure adverſum damna 30.
valdè privilegiatus ſit, pars nunquam admiſerit talem Aſſeſſorem, ne pereat actio ob malè judicatum competens; maximè ſi culpa duntaxat in malè judicando admiſſa foret, quo nomine videtur minoribus ſubveniri. *arg. l. 1. C. ſi adverſ. delict. l. 1. & l. ubi exigitur. 8. utrobique gloſſa. ff. de edendo.*

Reſpondetur, primò idem † eſſe in judi- 31.
candi munere, quod judex ex malè judicato conveniri poteſt, & tamen minor ibi admittitur per antè dicta: Deinde malè judicare, non eſt quaſi contrahere: quo caſu minoris privilegia vigeant licet, ſed quaſi delinquere † *ut* 32.
inſtit. de obligat. ex quaſ. delict. in princip. l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. jam minores in delictis

Digitized by Google

33. † non juvantur. *l. auxilium. 37. ff. de minor. tot. tit. C. ſi adverſ. delict.* adeoque malè judicatum ubi fuerit, id animi admiſſum eſt, quo caſu minor noxiæ expers non eſt. *d. l. 1. C. ſi adverſ. delict.* potiſsima verò ratio, quæ me movet ut credam, minorem poſſe aſſeſſuræ præeſſe, qui ſuprà octodecim annos ſit, eſt, quòd judicis conſcientiæ creditum, an Aſſeſſores & quos recipiat, *ut ſuprà ſuo loco dictum eſt*: penes judicem inquam eſt, ex judicio & peritiâ, Aſſeſſoris qualitates æſtimare, quas ſi repererit in minorenni, quem dixi, nihil vetat hunc aſſumere. *Me-
34. noch de arbitrar. Caſ. 253. n. 8.* jam ſi minorem † elegit, qui per imprudentiam pèccavit, quo nomine ab ipſo pars nihil poteſt impetrare conſuetis remedijs, ecce judex ipſe tenetur ob id, quòd minùs qualificatum (ut loquuntur) ſibi adjunxit, nam hoc ſi feciſſe compertum eſt, tenetur ipſe parti ad damna. *Morla. Empor. iur. p. 1. tit. 2. q. 6. n. 14. & infrà hac de re dicetur ex profeſſo.* Concludo breviter, partem non poſſe recuſare majorem octodecim annis in Aſſeſſorem electum ex ſolâ ætatis causâ. Quid? quod
35. Romani, † Magiſtratus huic ætati, quæ viginti annorum & ſuprà eſſet, aliquando crediderunt. *l. 1. verſ. ſed ſi evenerit. ff. de offic. conſul. Coraſ. ibid. num. 12. & ſeqq.* & hodiè minor poteſt eſſe Rex. *Oldrad. conſil. 52.* & judicare de conſilio aſſeſſorum. *Speculator. p. 1. tit. de iudic. delegat. §. 8. n. 3.* & poteſt ordinarius à Principe conſtitui.

gl. in

Digitized by Google

gl. in d. l. prator. 12. verſ. non autem omnis, in verb. & impubes. ff. de iudicijs. Optimum autẽ † factu eſt 36.
in Collegio locupleti miſceri ſenibus juniores, ut illorum tarditas & frigiditas horum alacritate & fervore incaleſcat ad iuſtam moderationem. *vide Kirchn. de legat. lib. 1. c. 4. n. 71.*

Porrò ſenibus an juvenes † præferendi 37.
ſint, alia quæſtio eſt: *v. Dn. Beſold. diſput. de ſubiect. theſ. 140. ubi alios allegat, & ante alios Menoch. de arbitrar. iudic. Caſ. 540. per tot. ubi iucundè legendus & late tractans.* Omnes ſenes, † vegetos tamen 38.
v. Kirch. n. 50. & ſeq. juvenibus præferunt. *vide Guilelm. Benedict. in c. Rain. verbo adiectæ impub. de teſtamentis.* ſicut Doctorem antiquiorem præfert *Chaſſan. Catal. glor. mund. p. 10. conſid. 29.* quod tamen admittit. *conſiderat. 30.* niſi hic reperiatur ſcientiâ ſuperior. *ubi elegantia congeßit adde Kirchner. d. tr. c. 4. n. 57.*

Quod autem dixi de juvenibus infrà viginti quinque annos conſtitutis, fatendum eſt, rariores eſſe, qui undiquaque in eâ ætate idonei ſint; & niſi conſpicua ſit eruditio cum benè formato intellectu, tutius in dubio eſt eligi majores, *quod placuit Purpurato in l. 1. n. 6. ff. de offic. aſſeſſ.* & propenſior eſt in hanc ætatem Menoch. *de arbitrar. Caſ. 253. n. 5.* imò ipſi *Menochio* non placeret Senator, † ſi liberum ei per- 41.
mitteretur arbitrium, niſi quadraginta annorum. *in dict. tract. caſu. 540. n. 13.* & Chaſſanæus iraſcitur his, quos videt promoveri circa vi-

geſimum ætatis annum. *in Catal. glor. mund. p. 7. conſid. 13.* Sed legitimam ætatem virtus facit. *can. ult. diſtinct. 84. Arniſæ. polit. c. 15. lib. 1.* nec ex piloſo mento mens hominis judicanda, quin hircos effecerimus tandem meliores, quia barbatiores. *Kirchn. d. c. 4.*

42. Conſiliarium plerique volunt † triginta annorum & ſuprà, ne tamen tranſcenderit ſexageſimum ætatis annum. *Fur. Ceriol. de concil. cap. 3. § 1. Hippol. conſil. p. 10. & ſeqq. & author eſt Plinius in Panægir. ad Traian.* Cautum eſt Domine, ne quis capiat Magiſtratum néve ſit in Senatu minor triginta annorum, & à ſexageſimo anno Senatorem Lex non citat. *Senec. de brev. vit. c. ult.*

43. Cæterùm ætas † ſumma, Aſſeſſor noſter quâ emeritus putandus, eſt illa ipſa, quæ alia publica munera finire ſolita, nempe cum judicium lapſum & viros corporis. *v. l. 3. §. quamvis. ff. de muner. & honor. l. 2. §. 1. ff. de vacat. mun. l. ſi ultrà. 10. C. de decurion. lib. 10. l. 3. §. cura. ff. muner. l. un. C. qui ætat.*

¶ Corporis fortuita, de quibus hactenus, nonnullis excoluntur elegantijs, quibus noſtrum Aſſeſſorem carere omninò nolumus, volumus autem & in his modicam diligentiam. *per ea quæ tradit Tiraquell. in legib. Connubial. l. 3. n. 54.* in quo genere primùm prodit veſti-
44. tus, † qui debet eſſe decens & honeſtus pro nobilitate & conditione perſonæ: maximè

verò

verò pro reputatione ejus Principis vel Domini, cujus vice judicat Aſſeſſor. *arg. eorum quæ tradit Denaiſ. Iur. Cameral. titul. 15. exordinationis tit. 8. p. 1. itemque memorialibus, quo eodem ſenſu legi etiam poteſt Ciſner. in not. ad d. tit.*

Non ſordidus erit habitus. *Specul. tit. de advocat. §. ſequitur videre.* maximè cùm actu ſe detur, ut tribunali ſuus ſervetur honos, qui nulla re magis proſtituitur, quàm ubi perſonæ vileſcunt litigatoribus & ſpectatoribus. *Vide quæ huius generis multa & elegantia congeſſit & ad ſcriptores remiſit Ruland. tr. de commiſſion. lib. 1. c. 28. num. 9. & ſeq.*

In victu † verò domi quilibet mihi eſto modicus & antiquæ parcimoniæ, quales Romanos peculiari capite laudat Valerius Maximus, & cum hâc virtute ab iiſdem profligatâ exulare cœpit virtus univerſalis, publicaque inſuper incolumitas, nec inane quod ſcribit Horatius: 46.

————— Vides ut pallidus omnis
Cœnâ deſurgat dubiâ? quin corpus onuſtum
Heſternis vitijs animum quoque prægravat unâ
Atque affligit humo divinæ particulam auræ.

Sanè uberiori ſtylo fertilem † hanc proſequerer materiam, nec deforent res ſcribendę & ſcribentium authoritates, *vide Ruland. d. tract. de commiſſ. lib. 1. c. 23.* quibus Aſſeſſori meo perſuadere poſſem hanc virtutem prolixiùs, niſi temporum vitio, quibus Cytharædi, equo- 47

rum & ferè canum domitores melioribus ſalarijs exhibentur, quàm literati Conſiliarij gravior præceptrix neceſsitas efficeret, ut apud pleróſque ſupervacuò ſuſciperetur hic labor, prout ille de ſe, mihi (inquit:)

Saccis exiguis far tenue accidit
Per parvis capio vinaque dolijs
Optatum ſtomacho flumen in arido
Raris & loculus tenditur aureis:
Ergò ſic vetitus parco loquacibus
Turdis, me quoque avis pœnitet Africa
Ori malva recens dulcior eſt meo
Atque herbu lapathi veſcor ut optimis
Virtutem generat nempè neceſſitas.

48. Hîc commodè ſe offert quæſtio † an dives præferendus ſit pauperiori in ordinando Aſſeſſore: quo nomine remitto *ad Dn. Beſold. diſput. polit. de ſubiection. theſ. 141. in ſpecie Magiſtratus, ubi alios allegat.* Is qui ſuper hâc quæſtione conſultare voluerit, citiùs repererit quid proponat & in utramque partem diſſerat, quàm minimè præoccupatos ſuffragatorum animos; ſi dites adhibuerit, ipſi ſibi placebunt, ſi pauperes, his ſolatium adverſus fortunam iniquam ditioribus fide ac integritate æquis eſſe, hoc eripi ſibi non patientur. Baldus ad rem noſtram non malè *in l. humilem. C. de inceſt.*
49. *nupt.* eum dicit pauperem, † qui malis moribus præditus & contra divitem qui bonis eſt, nobis inquã ſatis dives, qui ſuâ ſorte contentus

Digitized by Google

tus vivit, licet breviſsimi cenſus, ſæpè numero Lyrico laudatus Poëtę & Ciceroni Paradoxorum ultimo & optimo, ſicut viciſsim inutilis & infrà † mendicum ponendus, qui licet la- 50.
tifundijs & multo ære conſpicuus, animum tamen habet inexplebilem & quâvis hydrope infirmiorem. Hujuſmodi divitum virorum an multi vivant hodie, dubium eſt? † Ego 51.
paucos vivere autumo & ferè nullos, tribus rationibus, prima eſt, quod omnis hodie:

——— ——— ——— ——— Credidit ingens
Pauperiem vitium & cavit nihil acriùs, ut ſi
Fortè minùs locuples uno quadrante, periret.

Horat. lib. 2. Satyr. 3.

Secunda ratio & quidem fortior antecedente eſt, quòd hodie infinitos cerminus pauperes & mendicos, ubi præfatus Poëta interloqui poſſet. *Satyr. 2. lib. 2.*

Cur eget indignus quiſquam te divite? ———
——— ——— ——— Cur improbe charæ.
Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?

Quid? quod aut tertiò fallitur † beatus Hie- 52.
ronymus, aut omnes ferè facit raptores, relatus in exordio diſtinct. 42. Decreti Gratiani, dixiſſe: *aliena rapere convincitur, qui ultra neceſſaria ſibi retinere probatur,* quotus autem quiſque dives non retinet ultra neceſſaria: Sed quidquid ſit iſtud, eſto mihi dives & pauper Aſſeſſor nullo diſcrimine, modò animũ habeat doctum ſatis & honeſtũ, mediocremq; adverſus

avaritiam

avaritiam & prodigalitatem. *Alia quæ de divitijs & paupertate dici poſſent lubens prætereo, vide Menoch. in arbitrar. & Maſcard. de probation. hiſce verbis & hunc in verb. mores. Gail. 2. obſerv. 95. n. 15. 18. 19. & ſeqq. Chaſſan. in Catal. glor. p. 1. conſid. 43. & p 11. conſid. 27. Dd. in l. ad ſubeunda C. de decur. lib. 10.* Ubi
53. obiter noto, quòd pauperes † aliquando muneribus publicis arcebantur, non id fiebat vitio ſortis vel odio: ſed quia ſalarium de publico non erat pro hujuſmodi muneribus:
54. Vulgare judicium dites † præfert. *Boet. de conſol. Philoſ. lib. 1. metr. 5.*

At perverſi reſident celſo mores ſolio,
Latet obſcuris condita virtus clara tenebris.

Sic Romæ eques erat, cui cenſus quadringentorum ſeſtertiûm. *Coraſ. in l. 2. §. ex his auditoribus. n. 7. ff. de orig. iuris. & Horatius 1. Epiſtol.*

Si quadragenis, ſex ſeptem millia deſunt
Eſt animus tibi ſunt mores & lingua fideſque,
Plebs eris, &c.

eodem vulgari judicio:

Curia pauperibus clauſa eſt dat cenſus honores.

Ovid. lib. 3. de art.

55. Sapienti paupertas † neque malum eſt neque de genere malorum. *can. illa. 15. q. 1.*

Sed hîc ad corpus mirificè exornandum
56. ajunt prodeſſe reputationis † ſervandæ artes. *vide quæ congeſſit Ruland. in ſuo commiſſario. lib. 1. c. 28.* mihi valdè placet gravitas morum & pietatis
57. veræ, quæ gravitas & reputatio † non eſt virtus

Digitized by Google

tus per ſe: ſed virtutis & pietatis effectus, in alijs hominibus conſpicientibus & admirantibus procreatus: poſtquàm autem noſtris moribus reputationi peculiaris virtutis ſpecies induitur, fit larva latentem diſsimulans improbitatem: per falſam reputationem
† nihil caſtè facias licet modo cautè: clàm ſis 58.
turpiſsimus, modò palàm laudatus; rectiùs hi, quibus bona & mala ſui naturâ æſtimantur. *Cerealis apud Tacit. 4. hiſtor.* ut Romanis, apud quos jus Imperij valebat, inania tranſmittebantur. *idem annal. 15. in fin.* Ut hujus mali † Aſ- 59.
ſeſſorem noſtrum nolumus eſſe participem, quin ſtudioſum veræ potiùs virtutis: ita eundem in alijs hominibus id obſervare diligentiſsimè monemus, quoniam hoc genus improborum peſsimum eſt & metuendum maximè, qui mali cùm ſint, tales videri volunt minimè. *Fabius lib. 3. inſtit. orat. c. 10.*

Sed quid in aulis † hodie frequentius iſta 60.
perversâ reputatione? cujus propria ſunt, famam virtutis affectare, veram odiſſe virtutem, mentiri conditionem, humilitatem & humanitatem exuere, nullius amicitiam, omnium admirationem metum ac reſpectum, paucorũ verò ſtudia velle: conſequentia ſunt tumor titularis, vacuatio patrimonij, bonorum odium, ſuperiorum ira, inferiorum contemptus, fumos denique emere & vendere.

Vicina

Vicina reputationi falſæ eſt accommoda-
61. tio † aulica hac ſi nõ inſtructus es benè, quid-
vis aliud priùs, quàm Politicus eris, per hanc
cum omnibus omnia ad placitum egeris, di-
xeris, apud Theologos progreſſus religionis
memorare noveris, apud alios alia pro hu-
more cujuſque diſſerueris, nemini inviſus,
neminem offendens, alia pectore alia linguâ
volvens: quæſo autem ubi veritas, quæ odium
parit? valeat, quæ inter nos diſsidium velit,
pravæ Politices ſuaſoris reſponſum eſt, quin
omnia aſſentari, is quæſtus nunc eſt multò
uberrimus, *cum Terentiano Gnathone dixerit in Eu-
nuch.* Meus careat penitus hâc arte dicat quæ
ſentiat, faciat quæ recta ſunt, læſerit offende-
rit, vicerit aut vincatur perinde eſto, modò
ſalvam teneat conſcientiam; Vetus illud ma-
62. lum eſt, morem † accommodari prout con-
ducat. *Tacit. annal. 12.* & neſcio an felicius quiſ-
quam imò infeliciùs hoc potuerit, quàm Li-
63. cinius Mutianus † vir ſecundis adverſiſque
juxtà famoſus, de quo notabilia Taciti verba
referam ex lib. 1. hiſtor. nullubi enim videtur
hæc ſimulata virtus gravius deſcripta: *inſignes
amicitias* (inquit) *iuvenu, ſcilicet Mutianus ambitio-
sè coluerat, mox attritis opibus lubrico ſtatu ſuſpectâ
etiam Claudij Cæſ. iracundiâ in ſecretum Aſiæ repoſitus,
tàm propè ab exule fuit, quàm poſteà à Principe: luxu-
riâ, comitate, arrogantiâ, malis bonisq́; artibus mixtus,
nimiæ voluptates cum vacaret, quoties expedierat, ma-*

gnæ

gnæ virtutes, palàm laudares, ſecretà malè audiebant, ſed apud ſubiectos, apud proximos, apud collegas varijs illecebris potens, & cui expeditius fuerat tradere Imperium, quàm obtinere: eccum egregium accommodatorem, diſcipulum fortè Chryſali † 64.
plautini in Bacchid.

Nequius nihil
(inquit ille) *Quam egens conſilij, niſi habet.*
Multipatens pectus, ubicunque uſus ſiet pectore expromat ſuo, nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui & benè & malè facere tenet, improbiſcum improbus ſit, harpaget, furibus furetur quod queat verſipellem frugi convenit eſſe hominem pectus cui ſapit bonus ſit bonis, malus ſit malis, utcunque res ſit, ità animum habeat.

Cum reputatore iſto & hoc accommodatore magnam affinitatem colit Simulator. † hoc artificium ſimulandi calleat, qui velit, 65.
meus Aſſeſſor fugiat procul hinc, latet anguis in herbâ: ſæpè ſe vitia virtutes eſſe mentiuntur, ut tenacitas parſimonia, effuſio largitas, crudelitas zelus juſtitiæ, remiſsio pietas videri velit. *can. ſæpè. diſtinct. 41.* hoſtis ille mihi perinde ac inferorum portæ, qui aliud quidem cælat in præcordijs aliud verò dicit: *Hippol. à Collib. in Palatin. ex Homero.* Verùm hodiè:

—— Laus eſt non ultima fingere vultum
Et ſimulare probè, nec, qui vel fallere neſcit.

Mentiríve, feret ſapientis nomen in aulâ. *Hippol.*

Digitized by Google

arbitr. abſurdè enim ibidem diceretur de minore viginti, quod non poßit cogi, ſi maior viginti annis perinde cogi non potuerit. prout ſecundò etiam conſuetudini ſimilis limitatio conceditur, *ut d. l. 2. ff. de vacat. & excuſ. muner.* tum tertiò, ſi cauſa ſit urgens. *ut l. ut gradatim. 11. §. quoties. ff. de muner. & honor. ubi Gothofred.* Jam in minore qui ſit ſuprà viginti annos judicium hactenus non deficit regulariter, ut auditis in utramque partem argumentis neſciat cui palmam tribuat, juſtitiæ; nec judicatio conjunctam habet adminiſtrationem aut aliud onus, ut decurionatus & ſimilia. *d. l. ad rempublicam. 8. ff. de muner. & honorib.* vel etiam periculum grande partium, cum integra ſit appellatio *ut ſuprà dictum.*

27. Nec hìc rurſus obſtabit † verſiculus finalis. *d. l. cum lege. 41. ff. de arbitr.* in quo verbum *temerè* non id præſupponit, quaſi immunitas ſit minori ab judicandi onere, quam ipſe temerè neglexerit allegare, nam contrarium patet ex præcedenti verſiculo: Ergò hic verſiculus accipiendus de cauſæ qualitate & gravitate, quæ tanta ſit, ut ætas juvenilis eam non capiat, ſi itaque temerè, id eſt, putans omnes indifferenter cauſas ſibi ſuſcipiendas, cum hanc potuiſſet ob ſingularem perplexitatem recuſare, excuſabitur.

Illud enim in munerum materiâ generale
28. † quòd cum modo exigenda. *l. 2. §. quem ita. ff. de vacat. & excuſat. muner.* & ne graventur juniores

res præ Senioribus. *l non tantum. 11. ff. de decurion.* & ne onerentur vires tenuiorum. *l. 2. §. fin. ff. de vacation* accedit, quod minoribus facilè ſuccurritur ubi timor detrimenti ſubeſt. *per vulgata.*

His ita præmiſsis † de judice, cum de eo, an minor poſsit eſſe Aſſeſſor ſimilis planè ratio ſit, non dubito idem jus in aſſeſſura conſtituere: adeoque urgentior erit admiſsionis cauſa ad aſſeſſuram, quæ acceſsio ſolùm eſt ad judicis partes. 29.

Sed objicitur hîc & quidem graviter, quòd judex non tenetur ex malè judicato ſi Aſſeſſorem habeat. *nota l. 2. ff. quod quiſq. iur. in al. ſtat*

Cum autem minor † in jure adverſum damna valdè privilegiatus ſit, pars nunquam admiſerit talem Aſſeſſorem, ne pereat actio ob malè judicatum competens; maximè ſi culpa duntaxat in malè judicando admiſſa foret, quo nomine videtur minoribus ſubveniri. *arg. l. 1. C. ſi adverſ. delict. l. 1. & l. ubi exigitur. 8. utrobique gloſſa. ff. de edendo.* 30.

Reſpondetur, primò idem † eſſe in judicandi munere, quod judex ex malè judicato conveniri poteſt, & tamen minor ibi admittitur per antè dicta: Deinde malè judicare, non eſt quaſi contrahere: quo caſu minoris privilegia vigeant licet, ſed quaſi delinquere † *ut inſtit. de obligat. ex quaſ. delict. in princip. l. fin. ff. de var. & extraord. cognit.* jam minores in delictis 31. 32.

 non

Digitized by Google

33. † non juvantur. *l. auxilium. 37. ff. de minor. tot. tit. C. ſi adverſ. delict.* adeoque malè judicatum ubi fuerit, id animi admiſſum eſt, quo caſu minor noxiæ expers non eſt. *d. l. 1. C. ſi adverſ. delict.* potiſsima verò ratio, quæ me movet ut credam, minorem poſſe aſſeſſuræ præeſſe, qui ſuprà octodecim annos ſit, eſt, quòd judicis conſcientiæ creditum, an Aſſeſſores & quos recipiat, *ut ſuprà ſuo loco dictum eſt*: penes judicem inquam eſt. ex judicio & peritiâ, Aſſeſſoris qualitates æſtimare, quas ſi repererit in minorenni, quem dixi, nihil vetat hunc aſſumere. *Me-*
34. *noch de arbitrar. Caſ 253. n. 8.* jam ſi minorem † elegit, qui per imprudentiam peccavit, quo nomine ab ipſo pars nihil poteſt impetrare conſuetis remedijs, ecce judex ipſe tenetur ob id, quòd minùs qualificatum (ut loquuntur) ſibi adjunxit. nam hoc ſi feciſſe compertum eſt, tenetur ipſe parti ad damna. *Morla. Empor. iur. p. 1. tit. 2. q. 6. n. 14. & infrà hac de re dicetur ex profeſſo.* Concludo breviter, partem non poſſe recuſare majorem octodecim annis in Aſſeſſorem electum ex ſolâ ætatis causâ. Quid? quod
35. Romani, † Magiſtratus huic ætati, quæ viginti annorum & ſuprà eſſet, aliquando crediderunt. *l. 1. verſ. ſed ſi evenerit. ff. de offic. conſul. Coraſ. ibid. num. 12. & ſeqq.* & hodiè minor poteſt eſſe Rex. *Oldrad. conſil. 52.* & judicare de conſilio aſſeſſorum. *Speculator. p. 1. tit. de iudic. delegat. §. 1. n. 3.* & poteſt ordinarius à Principe conſtitui.

gl. in

Digitized by Google

gl. in d. l. prator. 12. verſ. non autem omnis, in verb. & impubes. ff. de iudicijs. Optimum autẽ † factu eſt 36.
in Collegio locupleti miſceri ſenibus juniores, ut illorum tarditas & frigiditas horum alacritate & fervore incaleſcat ad iuſtam moderationem. *vide Kirchn. de legat. lib. 1, c. 4. n. 71.*

Porrò ſenibus an juvenes † præferendi 37.
ſint, alia quæſtio eſt: *v. Dn. Beſold. diſput. de ſubiect. theſ. 140. ubi alios allegat, & ante alios Menoch. de arbitrar. iudic. Caſ. 540. per tot. ubi iucundè legendus & late tractans.* Omnes ſenes, † vegetos tamen 38.
v. Kirch. n. 50. & ſeq. juvenibus præferunt. *vide Guilelm. Benedict. in c. Rain. verbo adiectæ impub. de teſtamentis.* ſicut Doctorem antiquiorem præfert *Chaſſan. Catal. glor. mund. p. 10. conſid. 29.* quod tamen admittit. *conſiderat. 30.* niſi hic reperiatur ſcientiâ ſuperior. *ubi elegantia congeſſit adde Kirchner. d. tr. c. 4. n. 57.*

Quod autem dixi de juvenibus infrà viginti quinque annos conſtitutis, fatendum eſt, rariores eſſe, qui undiquaque in eâ ætate idonei ſint; & niſi conſpicua ſit eruditio cum benè formato intellectu, tutius in dubio eſt eligi majores, *quod placuit Purpurato in l. 1. n. 6. ff. de offic. aſſeſſ* & propenſior eſt in hanc ætatem Menoch. *de arbitrar. Caſ. 253. n. 5.* imò ipſi *Menochio* non placeret Senator, † ſi liberum ei per- 41.
mitteretur arbitrium, niſi quadraginta annorum. *in dict. tract. caſu. 540. n. 13.* & Chaſſanæus iraſcitur his, quos videt promoveri circa vi-

geſimum ætatis annum. *in Catal. glor. mund. p. 7. conſid. 13.* Sed legitimam ætatem virtus facit. *can. ult. diſtinct. 84. Arniſæ. polit. c. 15. lib. 1.* nec ex piloſo mento mens hominis judicanda, quin hircos effecerimus tandem meliores, quia barbatiores. *Kirchn. d. c. 4.*

42. Conſiliarium plerique volunt † triginta annorum & ſuprà, ne tamen tranſcenderit ſexageſimum ætatis annum. *Fur. Ceriol. de concil. cap. 3. § 1. Hippol. conſil. p. 10. & ſeqq. & author eſt Plinius in Panegir. ad Traian.* Cautum eſt Domine, ne quis capiat Magiſtratum néve ſit in Senatu minor triginta annorum, & à ſexageſimo anno Senatorem Lex non citat. *Senec. de brev. vit. c. ult.*

43. Cæterùm ætas † ſumma, Aſſeſſor noſter quâ emeritus putandus, eſt illa ipſa, quæ alia publica munera finire ſolita, nempe cum judicium lapſum & viros corporis. *v. l. 3. §. quamvis. ff. de muner. & honor. l. 2. §. 1. ff. de vacat. mun. l. ſi ultrà. 10. C. de decurion. lib. 10. l. 3. §. cura. ff. muner. l. un. C. qui ætat.*

¶ Corporis fortuita, de quibus hactenus, nonnullis excoluntur elegantijs, quibus noſtrum Aſſeſſorem carere omninò nolumus, volumus autem & in his modicam diligentiam. *per ea quæ tradit Tiraquell. in legib. Connubial. l. 3. n. 54.* in quo genere primùm prodit veſti-

44. tus, † qui debet eſſe decens & honeſtus pro nobilitate & conditione perſonæ: maximè

verò

verò pro reputatione ejus Principis vel Domini, cujus vice judicat Aſſeſſor. *arg. eorum quæ tradit Denaiſ. Iur. Cameral. titul. 15. exordinationis tit. 8. p. 1. itemque memorialibus, quo eodem ſenſu legi etiam poteſt Ciſner. in not. ad d. tit.*

Non ſordidus erit habitus. *Specul. tit. de advocat. §. ſequitur videre.* maximè cùm actu ſe detur, ut tribunali ſuus ſervetur honos, qui nulla re magis proſtituitur, quàm ubi perſonæ vileſcunt litigatoribus & ſpectatoribus. *Vide quæ huius generis multa & elegantia congeſſit & ad ſcriptores remiſit Ruland. tr. de commiſſion. lib. 1. c. 28. num. 9. & ſeq.*

In victu † verò domi quilibet mihi eſto mo- 46.
dicus & antiquæ parcimoniæ, quales Romanos peculiari capite laudat Valerius Maximus, & cum hâc virtute ab ijſdem profligatâ exulare cœpit virtus univerſalis, publicaque inſuper incolumitas, nec inane quod ſcribit Horatius:

——— Vides ut pallidus omnis
Cœnâ deſurgat dubiâ? quin corpus onuſtum
Heſternis vitijs animum quoque prægravat unâ
Atque affligit humo divinæ particulam auræ.

Sanè uberiori ſtylo fertilem † hanc proſe- 47
querer materiam, nec deforent res ſcribendæ & ſcribentium authoritates, *vide Ruland. d. tract. de commiſſ. lib. 1. c. 23.* quibus Aſſeſſori meo perſuadere poſſem hanc virtutem prolixiùs, niſi temporum vitio, quibus Cytharædi, equo-

Digitized by Google

rum & ferè canum domitores melioribus ſalarijs exhibentur, quàm literati Conſiliarij gravior præceptrix neceſsitas efficeret, ut apud pleróſque ſupervacuò ſuſciperetur hic labor, prout ille de ſe, mihi (inquit:)

Saccis exiguis far tenue accidit
Per parvis capio vináque dolijs
Optatum ſtomacho flumen in arido
Raris & loculus tenditur aureus:
Ergò ſic vetitus parco loquacibus
Turdis, me quoque avis pœnitet Africa
Ori malva recens dulcior eſt meo
Atque herbu lapathi veſcor ut optimis
Virtutem generat nempè neceſsitas.

48. Hîc commodè ſe offert quæſtio † an dives præferendus ſit pauperiori in ordinando Aſſeſſore: quo nomine remitto *ad Dn. Beſold. diſput. polit. de ſubiection. theſ. 141. in ſpecie Magiſtratus, ubi alios allegat.* Is qui ſuper hâc quæſtione conſultare voluerit, citiùs repererit quid proponat & in utramque partem differat, quàm minimè præoccupatos ſuffragatorum animos: ſi dites adhibuerit, ipſi ſibi placebunt, ſi pauperes, his ſolatium adverſus fortunam iniquam ditioribus fide ac integritate æquis eſſe, hoc eripi ſibi non patientur. Baldus ad rem noſtram non malè *in l. humilem. C. de inceſt.*
49. *nupt.* eum dicit pauperem, † qui malis moribus præditus & contra divitem qui bonis eſt, nobis inquã ſatis dives, qui ſuâ ſorte contentus

Digitized by Google

tus vivit, licet breviſsimi cenſus, ſæpè numero Lyrico laudatus Poëtę & Ciceroni Paradoxorum ultimo & optimo, ſicut viciſsim inutilis & infrà † mendicum ponendus, qui licet la- 50.
tifundijs & multo ære conſpicuus, animum tamen habet inexplebilem & quâvis hydrope infirmiorem. Hujuſmodi divitum virorum an multi vivant hodie, dubium eſt? † Ego 51.
paucos vivere autumo & ferè nullos, tribus rationibus, prima eſt, quod omnis hodie:

——— Credidit ingens
Pauperiem vitium & cavit nihil acriùs, ut ſi
Fortè minùs locuples uno quadrante, periret.

Horat. lib. 2. Satyr. 3.

Secunda ratio & quidem fortior antecedente eſt, quòd hodie infinitos terminus pauperes & mendicos, ubi præfatus Poëta interloqui poſſet. *Satyr. 2. lib. 2.*

Cur eget indignus quiſquam te divite? ——
——— Cur improbe chara,
Non aliquid patriæ tanto emetiris acervo?

Quid? quod aut tertiò fallitur † beatus Hie- 52.
ronymus, aut omnes ferè facit raptores, relatus in exordio diſtinct. 42. Decreti Gratiani, dixiſſe: *aliena rapere convincitur, qui ultra neceſſaria ſibi retinere probatur,* quotus autem quiſque dives non retinet ultra neceſſaria: Sed quidquid ſit iſtud, eſto mihi dives & pauper Aſſeſſor nullo diſcrimine, modò animũ habeat doctum ſatis & honeſtũ, mediocremq; adverſus

avaritiam

Digitized by Google

avaritiam & prodigalitatem. *Alia quæ de divitijs & paupertate dici poſſent lubens prætereo, vide Menoch. in arbitrar. & Maſcard. de probation. hiſce verbis & hunc in verb. mores. Gail. 2. obſerv. 95. n. 15. 18. 19. & ſeqq. Chaſſan. in Catal. glor. p. 1. conſid. 43. & p. 11. conſid. 27. Dd. in l. ad ſubeunda. C. de decur. lib. 10.* Ubi
53. obiter noto, quòd pauperes † aliquando muneribus publicis arcebantur, non id fiebat vitio ſortis vel odio: ſed quia ſalarium de publico non erat pro hujuſmodi muneribus:
54. Vulgare judicium dites † præfert. *Boet. de conſol. Philoſ. lib. 1. metr. 5.*

At perverſi reſident celſo mores ſolio,
Latet obſcuris condita virtus clara tenebris.

Sic Romæ eques erat, cui cenſus quadringentorum ſeſtertiûm. *Coraſ. in l. 2. §. ex his auditoribus. n. 7. ff. de orig. iuris. & Horatius 1. Epiſtol.*

Si quadragenis, ſex ſeptem millia deſunt
Eſt animus tibi ſunt mores & lingua fideſque,
Plebs eris, &c.

eodem vulgari judicio:

Curia pauperibus clauſa eſt dat cenſus honores.
Ovid. lib. 3. de art.

55. Sapienti paupertas † neque malum eſt neque de genere malorum. *can. illa. 15. q. 1.*

Sed hîc ad corpus mirificè exornandum
56. ajunt prodeſſe reputationis † ſervandæ artes. *vide quæ congeſſit Ruland. in ſuo commiſſario. lib. 1. c. 28.* mihi valdè placet gravitas morum & pietatis
57. veræ, quæ gravitas & reputatio † non eſt virtus

tus per ſe: ſed virtutis & pietatis effectus, in alijs hominibus conſpicientibus & admirantibus procreatus: poſtquàm autem noſtris moribus reputationi peculiaris virtutis ſpecies induitur, fit larva latentem diſsimulans improbitatem: per falſam reputationem
† nihil caſtè facias licet modo cautè: clàm ſis 58.
turpiſsimus, modò palàm laudatus; rectiùs hi, quibus bona & mala ſui naturâ æſtimantur. *Cerealis apud Tacit. 4. hiſtor.* ut Romanis, apud quos jus Imperij valebat, inania tranſmittebantur. *idem annal. 15. in fin.* Ut hujus mali † Aſ- 59.
ſeſſorem noſtrum nolumus eſſe participem, quin ſtudioſum veræ potiùs virtutis: ita eundem in alijs hominibus id obſervare diligentiſsimè monemus, quoniam hoc genus improborum peſsimum eſt & metuendum maximè, qui mali cùm ſint, tales videri volunt minimè. *Fabius lib. 3. inſtit. orat. c. 10.*

Sed quid in aulis † hodie frequentius iſta 60.
perversâ reputatione? cujus propria ſunt, famam virtutis affectare, veram odiſſe virtutem, mentiri conditionem, humilitatem & humanitatem exuere, nullius amicitiam, omnium admirationem metum ac reſpectum, paucorũ verò ſtudia velle: conſequentia ſunt tumor titularis, vacuatio patrimonij, bonorum odium, ſuperiorum ira, inferiorum contemptus, fumos denique emere & vendere.

Vicina

Digitized by Google

Vicina reputationi falſæ eſt accommoda-
61. tio † aulica hac ſi nõ inſtructus es benè, quidvis aliud priùs, quàm Politicus eris, per hanc cum omnibus omnia ad placitum egeris, dixeris, apud Theologos progreſſus religionis memorare noveris, apud alios alia pro humore cujuſque diſſerueris, nemini inviſus, neminem offendens, alia pectore alia linguâ volvens: quæſo autem ubi veritas, quæ odium parit? valeat, quæ inter nos diſsidium velit, pravæ Politices ſuaſoris reſponſum eſt, quin omnia aſſentari, is quæſtus nunc eſt multò uberrimus, *cum Terentiano Gnathone dixerit in Eunuch.* Meus careat penitus hâc arte dicat quæ ſentiat, faciat quæ recta ſunt, læſerit offenderit, vicerit aut vincatur perinde eſto, modò ſalvam teneat conſcientiam; Vetus illud ma-
62. lum eſt, morem † accommodari prout conducat. *Tacit. annal. 12.* & neſcio an felicius quiſquam imò infeliciùs hoc potuerit, quàm Li-
63. cinius Mutianus † vir ſecundis adverſiſque juxtà famoſus, de quo notabilia Taciti verba referam ex lib. 1. hiſtor. nullubi enim videtur hæc ſimulata virtus gravius deſcripta: *inſignes amicitias* (inquit) *iuvenis, ſcilicet Mutianus ambitioſè colucrat, mox attritis opibus lubrico ſtatu ſuſpectâ etiam Claudij Caſ. iracundiâ in ſecretum Aſiæ repoſitus, tàm propè ab exule fuit, quàm poſteà à Principe: luxuriâ, comitate, arrogantiâ, malis bonisq; artibus mixtus, nimiæ voluptates cum vacaret, quoties expedierat, ma-*

gna

gnæ virtutes, palàm laudares, ſecreta malè audiebant, ſed apud ſubiectos, apud proximos, apud collegas varijs illecebris potens, & cui expeditius fuerat tradere Imperium, quàm obtinere: eccum egregium accommodatorem, diſcipulum fortè Chryſali † 64.
plautini in Bacchid.

Nequius nihil
(inquit ille) *Quam egens conſilij, niſi habet.*
Multipatens pectus, ubicunque uſus ſiet pectore expromat ſuo, nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui & benè & malè facere tenet, improbiſcum improbus ſit, harpaget, furibus furetur quod queat verſipellem frugi convenit eſſe hominem pectus cui ſapit bonus ſit bonis, malus ſit malis, utcunque res ſit, ita animum habeat.

Cum reputatore iſto & hoc accommodatore magnam affinitatem colit Simulator:
† hoc artificium ſimulandi calleat, qui velit, 65.
meus Aſſeſſor fugiat procul hinc, latet anguis in herbâ: ſæpè ſe vitia virtutes eſſe mentiuntur, ut tenacitas parſimonia, effuſio largitas, crudelitas zelus juſtitiæ, remiſsio pietas videri velit. *can. ſæpè. diſtinct. 41.* hoſtis ille mihi perinde ac inferorum portæ, qui aliud quidem cælat in præcordijs aliud verò dicit: *Hippol. à Collib. in Palatin. ex Homero.* Verùm hodiè:

—— Laus eſt non ultima fingere vultum
Et ſimulare probè, nec, qui vel fallere neſcit.

Mentirive, feret ſapientis nomen in aulâ. *Hippol.*

pol. d. loc. pag. 100. & his corruptis moribus, qui vulgi naturam noverunt, & quibus modis temperanter habeatur Senatus & optimatium ingenia perdidicerunt, callidi temporum & ſapientes creduntur. *Tacit. 2. hiſtor.*

66. Jam mentio injicienda † peregrinationum, quid ad Aſſeſſorem meum de hâc experientiâ pertineat? Si longè peregrinatus, benè eſt, ſin minùs, poterit tamen officio ſuo fungi, illæ enim rationes, quæ in Senatore requiri faciunt peregrinationes, *tractatæ apud Grimal. de opt. Senator. Fur. de concil. cap. 2. § 7. Hippol. à Collib. in conſil. Dn. Kirchner. in oratione de laud. peregrin. & in legat. lib. 1. c. 4. Ruland. de commiſſ. lib. 1. c. 27. num. 5. & ſeqq. alios,* hîc pleræque ceſſant, cum ad æquum iniquumq; in lite diſcernendum parum conducat exteras vidiſſe nationes, nam quos ritus in aliis regnis & principatibus Curiæ obſervant, commodiùs ex libris, qui nuſquam non advehuntur, poteſt ediſci, accedit domeſtica ratio, nam ſalaria ut plurimum exilia ſunt, & tandē ſerò docent, quàm ſtultè quis parentum laborioſè partas opes effuderit in peregrinationibus, quas macra illa ſalaria redintegrabunt nunquam, mirum ſi non inſuper ſanitas fruſtrà impenditur nullo poſtea reparanda ære.

67. Cognitio peregrinarum linguarum † fortè majoris uſus eſt, cùm in unâ vel altera lingua nō omnia reperiantur tradita, variatione

authorum

authorum in diverſis linguis miram afferente juxtà voluptatem & rerum experientiam; quid? quòd in civitate diverſarum linguarum dominâ aliter proceſſus exotici legi ac judicari non poſſunt. *adde Fur. de concil. c. 2. §. tertia. Hippol. conſil. p. 28. Kirchn. legat. lib. 1. c. 4. eundem in alleg. orat. iurium. hâc quæſt. polit.*

¶ Antè omnia † eſto homini ingenium fe- 68.
lix, alacre, rotundum. *Fur. de concil. c. 2. §. prima. Hippol. in conſil. pag. 6. & 31.* quale Cato habuit, qui quocunque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſi facturus videretur. *Livius libr. 31. citatus ab Hippol. d. loc. adde Dur. de Paſcul. aulic. reg. 43. Ruland. qui pro more prolixus hac de re & notabilis, unde ingenium alicuius cognoſcatur. lib. 1. de commiſſ. cap. 8. & Fabium. lib. 1. cap. 3.* Nolumus tamen ingenij nimium celeres motus, qui levitatis ſunt indicium. *Dn. Beſold. diſput. Polit. 3. theſ. 117.* callida
autem & improbitate † infecta ingenia omni- 69.
nò reſpuimus. *Cic. 2. offic.* unde Conſilia callida & audacia, quæ prima ſpecie læta tractu difficilia eventu triſtia eſſe deprehenduntur. *Liv. lib. 35.* Sed ſi de doctrina hominis probatum eſt tibi, non eò melius ingenium exiſtimabis quamvis politius. *Valer. Maxim. lib. 5. c. 4. p. m. 204.* ſolida enim virtus naſcitur magis, quàm fingitur. *Valer. d. loc.*

Eloquium inter cætera corporis bona refero miram tribuit homini elegantiam & gratiam, quare huic facultati multum impendiſ-

ſe laboris æquum eſt, prout eam diverſi diverſis commendatam voluerunt. *Furius de concil. c. 2. §. Secunda. Hippol. conſil. p. 24. Kirchner. legat. lib. 1. c. 4. n. 75. & ſeq. alij.* Copioſè eloqui & prudenter melius eſt, quàm acutiſsimè ſine eloquentia rogitare: *ex Cicerone Kirchner. dict. loc.* idque laudabilius ſi ex tempore fit. *Quintil. lib. 10. cap. 7.* modo tamen non Scholaſtico. *Hippol.*

71. *ibid.* Aſſeſſor meus Germanicam † imprimis calleat eloquentiam: ſicut in Areopago facta nuda inſpiciebantur & dicebatur ſine affectibus. *Lucian. in Anacharſi.* ita Germanica facundia non longè exſpaciatur, curta eſt, adſtricta eſt, & niſi fallor, hæc lingua ſplendorum gravitatemque ſuam ſtatim amittit, ubi colores Rhetorici quæruntur, cæterùm de hâc facultate plura videas licet apud *Ruland. de commiſſ. lib. 1. cap. 15. & quò te remittit.* Illud facundiſsimus

72. † quiſq; admonendus eſt, ut dies rerum verbis non terat. *Lipſius. 3. polit. 7. & in not. ca. 4. verſ. quod ſatis ſit.* alioquin incurr erit reprehenſionem illius apud Virgilium 11. Æneid.

Larga quidem ſemper Drame tibi copia fandi
——————— *Patribuſque vocatis*
Primus ades: ſed non replenda eſt curia verbis
Quæ tutò tibi magna volant.

Rectè Seneca 2. de benefic. retrahenda inanis jactatio (*nam multiloquium nihil aliud eſt*) res loquatur, nobis tacentibus. *adde Hieron. de Giacchar. in conſil. de Syndicat. inter opera Clari n. 1. & ſeqq.*

Sit

Digitized by Google

Sit igitur eloquentia † conjuncta cum ſcien- 73.
tiâ, nam hâc ſine parum prodeſt. *Paris de Puteo. tract. Syndic. tit. de offic. Syndicator. verſ. ſequitur. n. 4.* & videat Aſſeſſor, ut doctus ſit animâ priùs, tùm linguâ. *conſtitut. de ratione iuris docendi. §. illud. 9.*

Quæ tamen dicta ſunt in Vituperium longorum votorum, *de quo etiam videri poteſt Gell. noct. lib. 4. c. 10.* eò trahenda non ſunt, ut facilè terminus dicendi præfigatur: indubitatum eſt Romanis quondam ſedentariam operam non minùs tædioſam fuiſſe, quàm nobis hodiè: Senatoribus tamen non erat lex poſita perorandi, ſed finem ſermonis ſuus cuique pudor faciebat. *Plin. in Panæg. poſt Gell. Valentin. Forſter. hiſtor. iur. lib. 2. c. 83. n. 40. Alex. ab Alexand. lib. 4. gen. di. c. 11. Hippol. conſil. pag. 40.* contraria enim ſunt omnia dicere, & ad menſuram dicere.

Jam memoriam † requiro bonam in ho- 74.
mine, quâ ſine nullus labor felix. *vide Ruland. lib. 1. c. 9. nam ut brevior ſim in his rebus neceſſitas cogit.*

Maximè verò omni genere bonæ doctrinæ animum excultum volo: ſapientia auditur apud Salomonem *Proverbiorum c. 8. dicere: ego ſapientia habito in conſilio & eruditis cogitationibus.* Sic Tiberius Imperator mandabat honores, nobilitatem majorum, claritudinem militiæ, illuſtres domi artes ſpectando, ut ſatis conſtaret, non alios potiores fuiſſe. *Tacit. annal. 4.*

Digitized by Google

Conſtantius Conſtantini F. Imp. neminem in Senatum allegit, niſi eruditum, quique ſe ad dicendum exercuiſſet, & ſciret ſcribere ligatâ & ſolutâ oratione. *Zonar. in vit. vide Lipſium 3. Polit. 10. & in not. Kirchner. de legat. libr. 1. c. 4. n. 16 & ſeqq. Dn. Beſold. templum iuſtitiæ.*

77. Conſtitueram autem † hîc admonere hominē, ne nimium ingurgitetur abyſſo ſcientiarium, ſed Philoſophetur ſobriè, *uti poſt Gellium Kirchner. d. loc. n. 22. facto uſum eſſe autumat,* niſi ſpontè plus ſatis caverent plerique, quò minus ſcientiâ inflarentur. *vide in Thomæ Mori epigrammatis elegans huiuſmodi dictum adverſus Monachum quendam:* hodie paucos neceſſe eſt corripi ab angelo ob lectionem Ciceronis, uti factum beato Hieronymo legimus, *in can. 7. diſtinct. 37.* legimus aliqua ne negligantur, legimus ne ignoremus, legimus non ut teneamus, ſed ut repudiemus. *can. 9. eâdem diſtinct. adde prædictis Ruland. lib. 1. c. 13.*

78. Sed aliquando etiam indoctis literarum, experientia † tantum ſubminiſtrat ſcientiæ, quantum alijs multa lectio: *vide Kirchner. d. loc. n. 34. & ſeqq.* rara avis hæc in terris, quoties autem venerit, non aſpernanda.

Cùm in omni genere id meritò expetatur, quod perfectiſsimum eſt, optamus adeò Pauſophon † Aſſeſſorem, quæ res quamvis tripli-
79. cem hominis ætatem requirere videatur. *ut advertit Dn. Kirchner. dict. loc. poſt alium*, videtur tamen

tamen talis dari poſſe. *vide Dn. Beſoldi templum iuſtitiæ.*

Certè Philoſophia † in primis imbutus eſſe debet, *Hippol. à Coll. conſil. p. 13 & pag. 43. poſt Plutarch. in moral.* non illa quidem barbatâ, & quam quis voce, inceſſu vultu habitúve ſimulare queat, *paſſim ſalsè riſam ab Luciano in operis.* neque decertatoriâ, quando non de finibus ſummi boni, ſed adeò de totâ poſſeſsione dimicant. *ut loquitur Grimal. in optim. Senator. hoc artic.* neque deſpectrice cæterorum omnium, prout iſti neque Prætor neque civitas Romæ erat, quia non ſapiens. *Sigon. in faſtis Rom. p. m. 327.* ſed verâ & ſobriâ & practicâ. *vide Dn. Beſold. d. templ. iuſtit. Grimal d. loc. Tacit. in deſcript. Helvid. Priſci lib. 4. hiſtor. Victor. in diſſertat. topic. pag. 11. & 67. & ſeq. Lipſ. 3. politic. 10. & in not.* 80.

Inter omnes autem partes Philoſophiæ illam potiſsimum calleat, quæ virtutes † & vitia diſcernit theoricè & cum primis practicè. *Turius de concil. cap. 2. § 5. Hippol. in conſil. pag. 33. 34. Kirchner. legat. lib. 1. c. 4. n. 74. Ruland. de commiſſ. li. 1. cap. 19.* Primus enim honor in virtute. *Chaſſan. Catal. glor. mund. p. 1. conſid. 5.* 81.

Tùm Politicus † eſto non nuda præcepta tenens & in his abſtruſiſsima quæque ſolùm rimari gnarus, ſicut hodie Politicam ſcientiam miris compendijs, & neſcio an unquàm melius traditam habemus, interim æquè incertum, an unquàm pejus uſui accommoda- 82.

tam & obſervatam: ita ſemper placet hominibus peregrè ſapere & cogitationibus Civitates utopicas formare, domi nihil tale tentantibus, nec ſi velint, ullo morem gerente: noſter ad uſum transferat quæ didicerit, & in praxi totus conſpicuus ſit. *Hippol. conſil. p. 18. Kirchner. d. cap. 4. num. 44. & ſeqq. Fur. de concil. cap. 2. §. porrò.*

83. Et prudens † *Menoch. in arbitrar. caſu 424. & ſeq.* quam prudentiam ſuppeditat hiſtoriarum cognitio: *Hippol. pag. 18. & in Palatin. p. 85. & ſeqq. Lipſius 1. polit. 9. Ruland. c. 18. lib. 1. Kirchn. d. c. 4.*
84. *n. 26. & ſeqq.* maximè hiſtoriæ recentioris † & ſui Principis. *Hippol. pag. 22.* nam id longo ab hinc tempore requiſivit Cicero in Senatore, *eſt* (inquit) *Senatori neceſſarium noſſe rempublicam, idque latè patet. &c. 3.* de legib. *vide Oration. Dn. D. Thom. Lanſij affinis & amici mei de util. & iucunditate hiſtoriar. typis anno 1606. vulgatam.*

Jam afferat mihi homo ſyncerum amorem
85. † erga rempublicam. *Furius d. c. 2. §. nona. Hippol. pag. 31.* privatæ res ſemper offecêre officientq; conſilijs publicis. *Livius libr. 22. adde Arniſæ. polit. lib. 1. c. 15.* nihil acuto ingenio ſine fide, ſine reipublicæ ſtudio; ſine patriæ charitate pernicioſius. *Hippol. d. loc. p. 32.* quid enim juvat ſcientia boni maliq; ſi eò vertatur unde reipublicæ
86. ægrè eſt: Talis eſt avaritia, † quæ ubi invaſit, neque diſciplina, neque artes, neque ingenium ullum ſatis pollet. *Hippol. conſ. pag. 56.* Ergò qui

Digitized by Google

qui conſulit duo præcepta † tenere debet. 87.
1. Ut civium utilitatem ſic tueatur, ut quidquid agit, ad eam referat, 2. Oblitus commodorum ſuorum. *Cicer. 1. officior. Hippol. pag. 70. in conſil.* paucis publicum decus curæ, plures tuta diſſerunt. *Tacit. annal. 13.* quæ res Principes movere debet in conſilio capiendo prudentiæ, ne decipiantur, nam ſæpè dum conſulitur, alius ſuis ipſe commodis ſtudet, *Guicciard. Hypomneſ. polit. 139. part. 1.* Puto hactenus breviter dictum quomodo hominem diſpoſitum animo & corpore velimus, antequam vocetur ad aſſeſſuram, quod hîc ſufficiat, nam quæ virtutes ſpecialiores ipſum officium antegredientur, alio loco commodiore ſubjicientur.

CAPUT SEXTUM.

Aſſeſſor legendus conſideratur ut perſona.

Summarium.

Perſona quid eſt. num. 1
Servus iure civil pro nullo. n. 2. ergò nec Aſſeſſor. ibid.
Libertus an Aſſeſſor fiat. n. 3.
L. 2. ff. de offic. Aſſeſſoris declaratur. n. 4.
Civis Romanus eſto Aſſeſſor. n. 5.
Peregrinus an Aſſeſſor eſſe poßit, de Iure veteri & hodierno. n. 6. & ſeqq.

In Germaniá patriota præſentandus in Aſſeſſorem Ca*meræ Imperialis. n 7.*

Syndicus eſto indigena. n. 8.

Originarij præſumuntur ſcire leges patrias. n. 9.

Et ſunt optabiliores. n. 10.

In Germania Aſſeſſores indigenas fieri, vel ſola linguæ ratio flagitare videtur. n. 11.

Originarij præſumuntur patriam diligere. n. 12.

Peregrini ratione morum ſuſpecti. n. 13. Hos præferri ad indignationem commovet populares. n. 14.

Originarij poſtponuntur de iure Civili. n. 15. & quare. n. 16. 17. 18. & 19.

Originarius an quatuor menſes adſidere potuerit in Provincia ſua. n. 20.

Contrarijs reſpondetur. n. 21.

Originarij tandem permiſſi in Magiſtratus & Aſſeſſores: num. 22.

Peregrinus non eſt, qui ſub ijſdem legibus ſub eodemque Domino vivit. n. 23.

Domiciliatus quo ad munera non eſt extraneus. n. 24.

Originario præfertur extraneus aliquando, ſi valdè ſit idoneus. n. 25.

Statutum valet exteros excludens. n. 26.

Exteris autem receptis faceſſet cogitatio peregrinitatis, quod tamen quandoque perperam obſervatur. n. 27.

Pro extraneo non eſt, qui filios habet indigenas. n. 28.

Extranei quibuſdam pro iudicibus acceptiores, pro Senatoribus indigenæ. n. 29.

Wirtembergenſis aulici iudicij Aſſeſſores & triplicis ſortis hominibus mixti. n. 30.

In Cu-

Digitized by Google

In Curatelis reipublicæ præfertur indigena extraneo Aſſeſſori. n. 31.
Ad l. fin. ff. de offic. Aſſeſſor. n. 32.
Provinciâ diviſâ in duas partes, una pars recipit prognatum ex alterâ parte. n. 33.
Clericus an Laico aſſideat. n. 34.
Clerici abſtineant ſecularibus. n. 35.
Proceſſus authores ſunt Clerici. n. 36.
Quod licitè doceris, idem licitè ad uſum transfers. n. 37.
Clerici ſeculare officium excuſat. n. 38.
Criminalibus temperant Clerici. n. 39.
Verius non adſidere. n. 40.
Clericis an in ſpiritualibus adſideat Laicus. n. 41.
Iudicationis voce non continetur votum Aſſeſſoris. n. 42.
Potentia nocendi æquiparatur actui. n. 43.
Status ratio. num. 44.
Familia Aſſeſſoris. n. 45.
In publicis patria poteſtas non attenditur. n. 46.
Aſſeſſor an nobilis eſſe debeat? n. 47. fallit ut. n. 51.
Doctori imperito præfertur ſtudioſus peritus iuris. n. 52.
Doctura dignitas hodiè ſpernitur. n. 53.
Doctoreum gradum habens in dubio præfertur alij non promoto. n. 54.
Infames pelluntur ab aſſeſſura & mali. n. 55.
Iudex vir bonus. n. 56.
Infamis aliquàndo adſidet. n. 57.
Adſeſſurâ ſemel motus ignominioſè, non adhibetur denuò. n. 58.
Spurius an Aſſeſſor fieri poßit. n. 59. fallit ut. n. 60.
Spurijs inhæret quadam macula. n. 61.

Digitized by Google

Veſtitus honeſtus. ibidem.
Probitatis opinio legendum condecorabit Aſſeſſorem. num. 62.
Dominus honeſtum, laudatis ſtipari Conſiliarijs. n. 63.
Pium volumus Aſſeſſorem. n. 64.
Bonitas ex pietate. n. 65.
Integritas acceptior, quàm eruditio. n. 66.
Conſcientioſum volumus Aſſeſſorem. n. 67.
Veritatis amantem. n. 68.
Fortem adverſum ea, quæ ſeducunt à iuſti t ramite. num. 69.
Adulatio faceſſet & metus illaudatus. n. 70.
Diligens eſto in opere. num. 71.
Iuriſprudentia Aſſeſſoris. num. 72.
Praxi vacua Theoria tyrocinium eſt. n. 73.

1. PERSONA eſt homo † cum capite libertatis, civitatis & familiæ. *l. eius. 41. ubi gl. ff. de reb. credit. Weſenb. π. ff. de ſtatu hominum. n. 1. Vultei. 1. Iuriſpr. Roman. 8. in princ.* ante omnia igitur ad
2. aſſeſſuram noſtram perſona afferri debet: & primò ſtatus libertatis; nam ſervus † jure Civili pro nullo eſt. *l. quod attinet. 32. ff. de regul. iur.* nec poteſt eſſe judex moribus, ſcilicet prohibitus. *l. prætor. 12. §. 2. ff. de iudic. Coler. de proceſſ. execut. p. 4. c. 1. n. 62.* ut omnis Civilis muneris expers *l. Barbarius. 3. ff. de offic. prætor. ubi Dd. creberrimè*, ſic non poteſt eſſe tabellio, qui tamen minor in judicio, quàm Aſſeſſor. *Dec. in d. l. quod attinet. 32. ff. de reg. iur.* quid? quòd ſervum hominem

hominem cauſam orare leges non ſinunt, nec teſtimonij dictio eſt. *Terent. in Phormion.*

Sed nec hodie libertas ſuffecerit nova, qualis in liberto † eſt: nam aſſeſſura eſt dignitas. 3.
Vultei. lib. 1. iuriſpr. Rom. c. 6. n. 29. Vmmius diſput. de aſſeſſor. n. 4. Duaren. ad tit. de aſſeſſor. in princip. Coraſ. ad l. 2 n. 1. ff. eod. tit. Donell. 18. comment. 2. pag. 113. Contra Iaſonem in d. l. 2. qui dixit eſſe honorem non dignitatem, quem ſequitur Mandell. rubric. ff. h. t. n. 9. Paris de Puteo. tract. Syndic. verb. aſſeſſor. verſ. poteſtas. num. 28.

Illud certum eſt de jure Civili, libertis aſſeſſura interdictum non fuiſſe, *textus expreſſus* † *in l. 2. ff. de offic. aſſeſſ. ubi Dd.* & illo jure dignita- 4.
tem minimè fuiſſe probabilius eſt. *Morla. Empor. iur. p. 1. tit. 2. de iuriſdict. omn. iud. q. 6. n. 24.* nec cingulum habuiſſe *Novell. 60. c. 2. §. 1.* nec vetabatur libertus judicare *Speculat. p. 1. tit. de iudic. delegat. §. excipi. 8. n. 1. ubi additio lit. c.* Jam quod Coraſius *in d. l. 2. n. 3.* allegat Lacedæmonios & Athenienſes valdè honoratos fuiſſe Aſſeſſores: id ex conſuetudine loci fuit, nec arguit ſimilem vel majorem dignitatem apud Romanos; ſicut etiam conjectura eſt; eâdem facilitate deſtructa, quâ aſſerta, quando ij, qui apud Romanos olim dignitatem fuiſſe adſtruunt, divinantur, priùs oportuiſſe libertos jus annulorum aureorum impetrâſſe, idque ſubintelligi *in d. l. 2. ff. h. t. quod faciunt Mandellus d. loc. n. 9. & Paris. d. n. 28.*

¶ Secundò

¶ Secundò requiritur in Aſſeſſore legendo,
5. ut ſit civis Romanus: † nam qui capite civitatis deminuti ſunt, publicorum officiorum & jurium ſunt exſortes: *l. amiſſione. 5. §. fin. ff. de capit. minut.* ergò non quæratur in Aſſeſſorem bannitus vel excommunicatus *Speculat. p. 1. tit. de Aſſeſſore. § debet. 3. n. 2. Vantius de nullit. tit. de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. n. 65. Rosbach. tit. de aſſeſſore n. 9. Mandell. rub. ff. h. n. 9.*
6. non peregrinus, † hi enim veteribus pro hoſtibus erant *ex Cicerone & Plutarcho, Bodinus de Republ. lib. 1. c. 6. n. 47.* Peregrinus inquam extra civitatem Romanam è gente hoſtili prognatus: Hodie in Germanico Imperio qui honorandus eſt aſſeſſurâ ſupremi Synedrij Spirenſis, ex natione Germanicâ oriundum eſſe oportet Cammergerichts Ordnung / *part. 1. tit. 3.* § deßgleichen ſollen / ꝛc. & ſi præſentatio incumbit Electori vel circulo cuidam, is etiam videat, ut præſentet patriotam
7. † ſui populi: quod idem injunctum Judici Cameræ & Aſſeſſoribus, quando in contumaciam non præſentantis debito tempore eligunt Aſſeſſorē, ut ſcilicet & is ex officio eligēdus, ſi fieri poſſit, ejus regionis ſit, ad quam præſentatio omiſſa pertinebat: Cammergerichts Ordnung / *dict. p. 1. tit. 4.* §. vnd wo vber / ꝛc. cum ibi ad notatis per Ciſner. *fol. (mihi) 21. Denaiſ.*
8. *Iuris Cameral. tit. 14.* ſicut olim Syndicus † non niſi indigena ſumebatur. *Rauchbar. libr. 2. quæſt. iur. 1. per tot.* & eſt ratio, quod originarij præſumuntur

ſumuntur ſcire leges patrias † & mores. *Roſbach. h. tit. de aſſeſſ. n. 12. quo nomine allegatur c. quoſdam. §. & cum ſeq. extrà de præſumpt. ubi probatur, quòd vicinus præſumatur ſcire ea, quæ in viciniâ fiunt. & l. 2. C. de offic. prætor. ubi habetur, quòd Prætor is ſumi debeat, qui in urbe minimùm domicilium habeat, non qui ex Provinciâ quâdam propter alias cauſas temerè venerit*: bellè Cicero *2. de Orator.* caput eſſe ad conſilium de republicâ dandum, noſſe rempublicam: Sic Clericus peregrinus inſtitui non debet. *c. 1. de Cleric. peregrin.* nec facilè exteræ nationis Archiepiſcopus diæceſi obtrudendus. *cap. 4. propè fin. de poſtulat. prælator.* & aliâs receptiſsimum in rebus ipſius † Civitatis adminiſtrandis, originarios eſſe optabiliores *poſt Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 37. verſ. in aliis verò. Menoch. de præſumpt. lib. 5. c. 12. n. 8.* quapropter ſtatuta locorum paſsim eo ſenſu recepta: *teſte Menoch. dict. præſum. 12. n. 3. & 4.* & Lugdunenſes tale ſtatutum feciſſe commemorat Rodolph. Botore. *lib. 1. comment. p. 5. ubi in exteros invectus dicit, quòd advenæ volucres nidificare ſoleant in pinguioribus locis, &c.* Sic in honoribus potiorem originis cauſſam Papinianus ſcriptum reliquit. *in l. libertus. 17. §. ſed eodem. 4. ad municipal.* Id verò, quòd in Germanico conſilio ſupremo † natione Germani Aſſeſſores requiruntur, non ſolùm utile ſed etiam neceſſarium eſſe exiſtimo, nec aliter fieri poſſe, compertum ſiquidem eſt, peregrinos Germanicæ linguæ

9.
10.
11.

vix

vix per omnem vitam peritos fieri, quâ tamen tanto officio præfectum non ſolùm ad neceſsitatem, ſed etiam & ad ornatum oportere inſtructum eſſe, cuivis obvium eſt, taceo, quantum cognitâ maximè linguâ diſcendum reſtiterit quoad mores populorum, ſtylum Cameræ, &c.

12. Altera ratio, quâ originarios † præferunt eſt prçſumptio charitatis in patriã, quâ quilibet ardentiſsimè patriam complecti exiſtimatur, *quo de Alciat. d. loc. Menoch. præfat. præſ. per tot. Rosbach. d. tit. n. 14. Mynſing. practic. obſerv. cent. 4. obſer. 30. Dn. Bocer. diſput. hîc θ. 15. adde Bodin. de repub. lib. 4. cap. 1. Arniſæ. politic. cap. 13.*

13. Tertia ratio peregrinos † ſuſpectos facit, quod mores ipſorum non ſatis ſunt cogniti, quo ſenſu apud Valer. Maxim. *lib. 3. c. 7. pag. 121.* Scaurus, eſt quidem iniquum, *inquit*, Quirites, cùm inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere, *& Syrac. 11. verſ. 36.* admitte ad te alienigenam (*ſcilicet cuius tibi probati mores non ſunt*) & ſubvertet te in turbine & abalienabit te à tuis proprijs; &c. quò refero dictum Nicolai III. Papæ, quamvis aliâ hypotheſi & alio conſtituendi propoſito *in cap. fundamenta. 17. de electione. in 6.* hoc ipſi Romæ præſtiterunt Senatores incogniti, hoc Præſides improviſi, ut glorioſa Civitas reddetur ingloria, &c.

Quarta ratio eſt, quòd populares animi
14. † commoventur ad iram, *ut apud Tacit. annal. 11.*

non

non adeò ægram (*aiunt*) Italiam, ut Senatum ſuppeditare urbi ſuæ nequiret, ſuffeciſſe olim indigenas conſanguineis populis, nec pœnituiſſe veteris reipublicæ: an parum, quòd Veneti, Inſubres Curiam inruperint, niſi cætus alienigenarum velut captivitatis inferatur, & quæ ſequuntur. *adde Sueton. in Cæſare, ubi ſimilis querela de Gallis in Curiam admiſſis rubric. 40.* prædictis etiam *adde Chaſſan. Catal. glor. part. 11. conſid: 22. per tot. Dn. Beſold. diſputat. Politic. de ſubiectione θ. 142.*

¶ Præmiſſa regula de originarijs præferendis nunc quaſdam patitur declarationes, & primò declaratur non procedere de jure Ci-
vili † Romanorum. Nam Romani ut in urbe 15.
neminem patiebantur adminiſtratore, niſi inibi oriundum, ita in Provinciâ ſuâ neminem adſidere, ex diſpoſitione Imp. Peſcennij Nigri. *Coraſ. in l. 3. n. 8. ff. de offic. Aſſeſſor. Briſſon. 1. ſelect. cap. 12. quam diſpoſitionem repetierunt Gratianus & ſocij Impp. in l. fin. C. de crimin. ſacrileg. & hâc de re peculiarem titulum Codicis lib. 1. tit. 41. fecit Iuſtinianus: ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu Principis committatur. & ibi notabilis eſt Cuiac. in π. ubi eiuſdem rei ſancitores laudat Anaſtaſium & Antoninum Impp.* de Aſſeſſoribus habemus quoq; conſtitutionem prohibitivam Theodoſij & Valentiniani. *in l. 10. C. de Aſſeſſorib. ubi gl. & Dd. Duaren. & Gothofr. ibid. Menoch. de arbitrar. iudic. Caſ. 253. n. 9, Morla. Empor. iur. d. tit. 2. quæſt. 6. n. 25. Pa-*

ris de

ris de Put. tract. Syndicat. verb. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas. n. 16. Et redditur ratio, quoniam in Provincijs
16. cùm Magiſtratus † ibi majus Imperium haberent quàm in urbe. *l. 7. §. ult. l. 8 ff. de Offic. Proconſul. Cuiac. d. tit. C. ut nulli patr. ſuæ adminiſtr. in ✠.* non ſatis tutum exiſtimaverunt, indigenis cum Imperij & Conſilij publici excellentiâ, occaſiones rapiendæ libertatis in manus dare: ac proinde arcanum Imperij hoc ſolicitè
17. obſervavit Auguſtus † Imp. in Ægypto, non paſſus ullum Alexandrinũ in Senatum urbis Alexandriæ cooptari. *Dio. libr. 51.* quod poſtmodò indulſit Alexander Severius Imp. *Cuiac. in ✠. C. de offic. iurid. Alexand.* aut certitudine majori conſtantis obedientiæ, aut certè conſilio imbecilliori.

Ratio hujus juris ſecunda erat, metus, ne
18. Provinciales gratia † vel odio multa committerent. *Paul. 5. ſentent. 12. §. in ea. 5. Donell. 18. comment. 2. pag. 113. Anton. Faber. ad l. ij qui in Provincia. 37. ff. ex quibus cauſ. maior. Rosbach. tit. de Aſſeſſor. n. 12. & ſeq. Vmmius 8. n. 1. Menoch. de præſum. lib. 5. c. 12. n. 8. & ſeq. Morla. d. q. 6. n. 25.*

19. Tertia ratio hujus Juris † eſſe perhibetur, quòd nemo Propheta acceptus in patria ſua. *poſt Accurſ. in d. l. ij qui. 37. ff. ex quib. cauſ. maior. Roſbach. dict. tit. n. 16. Paris d. loc. n. 17. Menoch. dict. præſum. 12. n. 9.* quæ quidem ratio hodie quòd inter cæteras attendi poſsit, non contra eo, Romanis nunquam certè eſt cogitata.

¶ Illud

Digitized by Google

¶ Illud hîc diſcuti oportet: an indigenæ † 20.
quatuor ſaltē menſes licuerit adſidere in Provincia ſua, quod video Scribentes creberrimè approbare *per d. l. 10. C. de Aſſeſſor. & d. l. hi qui. 37. ff. ex quib. cauſ. maior. Briſſon. dict. lib. 1. ſelect. cap. 12. Donell. 18. comment. 2. p. 114. l. in 20. Paris de Put. dict. loc. num. 16.* mihi verò negandum planè videtur: indiſtinctè enim dictum Nigri Imperatoris refertur, ut nemo adſideret in Provincia ſua. *Spartian. in vita eius,* & rubrica ſuprà dicta *tit. 41. lib. 1. Codicis* eſt generalis *ut nemo in patriâ, &c.* jam qui contra legis interdictum facit, is in dolo vel culpâ *vulgatâ. l. quemadmodum. 7. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* quo ſenſu Ulpianus *in l. ſi cui. 38. ff. ex quib. cauſ. maior, &c. in princ.* quòd ſi (*inquit*) non ex permiſſu hoc fecerit (id eſt adſederit in Provincia ſua) conſequenter dicemus, quia crimen admiſit (*ecce crimen admittit indiſtinctè qui in Provincia ſua adſidet*) non habere eum privilegia eorum, qui reipublicæ cauſa abſunt, hactenus Ulpianus: unde mihi immeritò vapulat meâ ſententiâ Accurſius *in dict. l. 10. C.* & Jaſon *in l. 3. n. 6. ff. de offic. aſſeſſor.* Nam & rationes ſuprà poſitæ, quare indigenam adminiſtratione vel aſſeſſura in Provincia ſua ſubmoverint, æquè militant in quadrimeſtri tempore, quàm annali, cùm ab homine vafro ante ingreſſum officij tantæ præparationes conflari potuerint, ut poſtea quatuor menſes reliquis turbandis ſuffeciſſent:

I Ad

Digitized by Google

21. Ad contraria reſpondeo, † crimen eſſe & manere, ſi quis ſive permiſſu Principis in patria adſediſſet. *per d. l. 38 ff ex quib. cauſ. maior. ubi rectè gloſſa improbat, quòd per alios hoc intelligatur de tēpore, quod venit poſt quatuor menſes:* Non autem illicò capitali pœna vindicandum, ſed arbitrariè, & pro re natâ leviter, ſi nulla malitia appareret, nam remiſsiùs hâc in parte cum Aſſeſſoribus ejuſmodi voluntarijs actum, quàm cum Magiſtratibus planè perſuaſus ſum, ut qui ſtatim ſacrilegij crimen incurrebant *l. final. C. de crimin. ſacrileg.* iſtud autem quadrimeſtre tempus duplici modo principalibus cōſtitutionibus præfinitum fuiſſe videtur, uno, ne quis tentaret indulgentiam Principis flagitare, ultrà hos quatuor menſes, quia ab hoc tempore demum æquabantur crimina Aſſeſſoris & Magiſtratus *d. l. final. C. de crimin. ſacrileg. collatâ d. l. in Conſiliarijs 10. C. de Aſſeſſorib.* altero modo, ut indultum principale alicui ad inſtantiam ſuam in patriâ aſsidendi ſimpliciter conceſſum, hanc generalem reſtrictionem habebet: ne ultrà quatuor menſes: & tale præſuppoſitum habet *ſæpè dicta l. hi qui in Provincia. 37. ff. ex quib. cauſſ. maior.* non quòd conſtitutiones permitterent aſſeſsionem quadrimeſtrem, ſed quòd permitterent ex cauſa juſta ſupplicationem ſive preces pro hujuſmodi munere, idque indultum poſtmodò reſtringerent, etiamſi indefinitum, ad quatuor menſes. Quò autem

autem Romanorum Impp. dominatio † à 22
principio ſuo fuit remotior, eò minùs arcana hujuſmodi fuerunt obſervata: Iuſtinianus Imp. tandem Provincijs conceſsit habere Præſides & Magiſtratus ex popularibus, eligendos in Provincijs, confirmandos autem per Imperatorem *Novell. 149. cap. 1.* quo ipſo dubio procul Aſſeſſores indigenas multò conceſsiſſe videtur magis: & per pacem conſtantiæ civitatibus Lombardiæ initium hujus juris, ſcilicet de indigenis Magiſtratibus habendis, factum eſſe notat *additio nova ad Speculator. p. 1. tit. de offic. ordinar in proœmio.*

¶ Secundò declaratur procedere † præfa- 23
ta regula in exteris, qui patriâ linguâ, moribus & republica diſcrepant, non autem vera eſt in his, qui patriam communem habent & unum ſupremum Imperium, communem religionem communeſque leges generales: *Gothofred. in not. ad d. tit. 4. lib. 1. Cod. lit. p. in fine.*

Tertiò limitatur procedere † præfata do- 24.
ctrina in extraneo, qui domicilium non habet in loco Magiſtratus, ſecus ſi receptus ſit in civem & moribus benè cognitus probatuſq; & ceſſent aliæ rationes prohibitivæ. *text. in d. l. 2. C. de officio. prætor.* Nam in materia hac civium appellatione veniunt etiam fixam ſedem habentes. *text. in d. c. fundamenta. 17. § fin. & ibi Philipp. Franc. de electione. in 6.* & domiciliati, *ut loquitur Paru tract. Syndicat. verb. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas.*

num.15. & 20. ſunt etiam Provinciales. *adde l. penult. ff. de Senatorib. hoc ſenſu dicit ibidem Paris de Pute.*
25. *n.17. poſt Baldum*: quod ceſſet remotio † extranei præ indigena, ſi ille ſit valdè idoneus & eminentiſsimæ ſcientiæ: ſanè extraneos in republica aliena indigenas ſuperaſſe virtutibus & benefactis, multis probat Claudius Imperator apud Tacitum *annal. 11. ubi in fine orationis argumento abutili ſumpto concludit*: jam moribus, artibus, affinitatibus noſtris mixti, aurum & opes ſuas inferant potiùs, quàm ſeparati habeant: *& mox mulcet animos indignatione novitatis commotos.* Omnia, *inquit*, Patres conſcripti, quæ nunc vetuſtiſsima creduntur, nova fuêre, inveteraſcet hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit, &c.

An autem ſtatutum valeat, quod extra-
26. neis † honorum aditus præcludit, nemo dubitare debet. Ummius *diſputat. hîc. num. 6.* & rectiùs fient hujuſmodi ſtatuta, quibus qui ſe ſubjiciunt, nõ habent quod querantur: quàm quod nec opinantes libertatis ſpecie irretiuntur, & poſtea demum vexantur, quando pœnitentia nimis eſt ſera: aliter Colonienſes
27. † cum Germani eorum amicitiam peterent adverſum Romanos præſcriptâ conditione, ut quidquid Romani ſanguinis inter ipſos eſſet, amandarent, reſponderunt: cæteri alienigenæ jam refugêre, educti autem olim & nobiſcum per Connubium ſociati, quique

mox

mox provenêre, id eſt, ex ijſdem prognati, hæc patria eſt. *Tacit. lib. 4. hiſtoriar.* Maximè autem † in hac limitatione comprehendentur 28. ij extranei, qui poſtquam in civitatē recepti, liberos inibi procreaverunt, jam originarios loci; nā quomodo pro extraneo ampliùs erit, qui cum civibus eſt una & eadem perſona, *facit l. ult. C. de impub. & al. ſubſtitut. c. contradicimus. §. hac authoritate. 35. q. 3. Mynſing. cent. 3. obſerv. 23. n. 7. & 9. Tacit. d. loc.* quid? quod qui liberos ſuſcepit in republica aliena, is præſumitur eam diligere ut patriam. *l. in albo. 9. ubi id notatur. C. de decurion. lib. 10. Alciat. 1. præſumpt. 36.*

Quartò declaratur ſupra poſita regula de extraneis † póſtponendis, ſecundum quoſ 29. dam, per diſtinctionem, videlicet in munere judiciali & aſſeſſorio præponendos extraneos, in munere verò Curiali & Senatorio, quando de republica capiendum conſilium, præponendos indigenas. *ſic diſtinguit Alciat. de præſump. reg. 3. d. præſ. 37. n. 4. Menoch. d. libr. 5. præſump. 12. n. 5. & 8. Teſſaur. deciſ. pedem. 268. Bodin de Repub. lib. 4. cap. 4. n. 433.* ubi teſtantur, in Hiſpania & plurimis Italiæ civitatibus ſtatutis localibus Prætorem Urbanum ferè peregrinum eſſe, quod idem ubique ferè locorum obſervari in Aſſeſſoribus refert. *Menoch de arbitr. iudic. Caſ. 253. num. 9.* indigenam verò Senatorem præter prædictos volunt etiam *Grimal. de optim. Senator. multis & Frider. Furius Ceriol. de concil. cap. 4 num. 3.*

num. 3. Lipſius. 3. Polit. 4. & ibid. in notis. idque per hanc rationem, quæ ſuprà exponebatur, quia populares judices occaſiones habent gratiæ & odij quotidianas; exteris ignoti judicantur ut cæcis, qualis cæca juſtitia antiquis pingebatur.

Quidquid autem ſit iſtud, Principes noſtri
30. † in hoc Ducatu mediam viam ingreſsi hactenus ſunt, judiciumque aulicum ex triplicis ſortis hominibus miſcuerunt. 1. Nobilibus, qui ferè ſemper (ut in Suevia) S. Rom. Imperij immediati & Juriſdictionis territorialis ſunt exſortes. 2. Doctoribus, qui ratione univerſitatis Scholaſticæ, cujus membra hactenus fuerunt, & ratione privilegiorum ejuſdem, nonnihil à cęteris diſtant ſubditis, comprehenſi autem territorio & ſuperioritate. 3. Provincialibus, nominatis à populo. Fürſtlich Wirtemb. Hoffgerichts Ordnung. *part. 1. tit. 1.*

31. Quintò fallit regula † in Curatelis reipublicæ, hæ namque extra ordinem lectis perſonis ut plurimùm Curialibus. *Coraſ. in l. ultim. ff. de offic. Aſſeſſor. Morla. p. 1. tit. 2. q. 6. n. 27.* Creabantur ad tempus & pro certo negotio: in Provincijs ſine poteſtate, ut quæ ſumma erat Magiſtratuum: ſine ſalario publico, quia munus publicum erat. *l. final. §. 2. 5. 7. 9. 13. & ſimilib. ff. de munerib. & honorib.* & rebus ad civitatem procurandis. *tot. tit. ff. de adminiſtr. rer. ad civitat. pertinent.* His de cauſis nemo Curator erat niſi

Digitized by Google

niſi municeps, & ſi Aſſeſſore egeret, exterum adjungi rerum Civitatenſium ignarum, inconveniens fuiſſet, *l. fin. ff. de offic. aſſeſſor. ubi Broſſæus in Miſcellan. author. adde Briſſon. libr. 1. ſelect. antiq. 12. Parid. de Puteo. ſæpè dicto verb. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas. n. 7.* Quod autem *d. l. fin. ff. h. t.* hanc rationem † innuit, quare exteri Curatoribus 32. non adſideant, quia nimirum ſalarium publicum non habent, non ex eo eſt, quaſi popularibus invideretur lucrum aliquod: ſed quia ceſſat præſumptus metus defectionis & turbationis Provinciæ, in his qui ſine ſalario procurant: Petrus Burgius hæc aliter interpretatur; Aſſeſſores ſcilicet Curatoris reipublicę gratis non adſediſſe: ſed ſalaria ſua accepiſſe, non quidem à Principe ex annonis & reditibus publicis inſtar Aſſeſſorum qui Magiſtratibus inſerviebant, *ut l. 1. C. de annon. & capit.* neque etiam ex marſupio Curatelis reipublicę: ſed ex communi civitatis, *li. 1. elect. 9.*

Sextò limitabatur regula de non recipiendo † Aſſeſſore Provinciali, eo caſu 33. quando Provincia eſſet minor & uno Magiſtratu adminiſtraretur: ſecùs ſi in duas partes & adminiſtrationes diviſa. nam tùm poterat in una parte prognatus in altera adminiſtrare vel adſidere, ob defectum cauſę prohibentis. *l. 3. ff. de offic. aſſeſſor. Dn. Bocer. diſputat. de Aſſeſſor. th. 16. Coraſ. in d. l. 3. n. 8. Briſſon. d. lib. 1. ſelect. cap. 12. Donell. d. lib. 18. Comment. 2.* quod tamen

men procedit, niſi in hac eadem adoleverit parte in qua ortus non eſt. *Anton. Faber. in d. l. 3. ff. de offic. aſſeßor.*

De Clerico hîc tractari oportet, num in ju-
34. dicio ſeculari rectè aſsideat Laico † judici? Videatur prima facie affirmativè reſpondendum, nam quamvis non debent Clerici ne-
35. gotijs temporalibus † immiſceri. *tot. diſtinct. 88. & tot. cauſ. 21. q. 3. c. 1. de poſtulan. c. 1. verſ. in placitis. c. non magnoperè. verſ. unde & c. ſeq. c. Clericis. 5. in pr. & verſ. iubemus. c. ſententiam. 9. in princ. verſ. nec quiſquam. c. fin. ne Clerici vel Monach ſecular. negot. ſe immiſc. Speculat. de Aſſeßor. §. 3. n. 3. Dn. Boier. cl. 6. diſp. h. theſ. 17.* quod præceptum ante jus Canonicum civilibus quoque legibus ijſdem videmus injunctum *l. Conſulta divalia. 23. C. de teſtam. qua de re latius videre eſt in epiſt. Nicolai Craßi ad Cæſ. Baron. & conſil. Ventur. Vincent. in cauſ. Venet. contra Paul. V. Pontif. c. 7. num. 7.* Et diſtincta eſſe officia noſcuntur ſeculare & Eccleſiaſticum. *can. quoniam. diſtinct. 10.* Conſtat tamen ex corpore juris Canonici, maximè lib. 2. Decretalium, & novioribus inſuper additis conſtitutionibus in ſexto Clementinis & extravagantibus,
36. quòd id vel ſolum nobis proceſſum † juris ordine exponit, quarum ſanctionum præcipui Clericorum cum ignari non poſsint eſſe vel debeant, tacitè receſſum videtur ab iſto axiomate ſuprà poſito, nam quod didiceris licitè, quid vetet ad uſum transferre? Nônne omnes,

qui

qui ſibi videntur gaudere licitè conquiſitis, eiſque uti neſciunt aliena poſsidere† convincimus? *can. 11. quid dicam. 14. quæſt. 4.* Atqui jure ſuo Clerici poſsident proceſſus ſcientiam, ergò etiam uti ſcire debent, req; uti ipsâ. *arg. d. can. quid dicam.* Hinc præfata regula jam dudum declarationem accepit, non procedere, ut Clerici ſecularibus abſtineant, ſi officij ratione huc compellantur: ſic Epiſcopi nõ poſſunt abſtinere. *tot. diſtinct. 39. ubi ſummarium habet, hoc multis rationibus probari.* jam ſi Clericus adoptatus eſſet in Senatorem † ſeu Conſiliarium Regis alicujus vel Principis; quod fieri poſſe, placuit Abbati *in c. ſed nec. 4. & c. Clericis. 5. ne Cleric. vel Monach. &c.* unde Mandellus *in rub. ff. de offic. aſſeſſ. n. 11.* non dubitat Clericum in foro temporali pro Aſſeſſore admittere, excepto, ſi cauſæ ſanguinis dijudicandæ venirent, † nam has permittunt ſecularibus abſolutè. *Mandell. d. loc. verſ. poteſt. &c. & ſequitur Morla. Empor. iur. p. 2. tit. de Iuriſdict. quæſt. 6. n. 19. & ſeq.* nec mirum ſi officij facta eſt alicujus Clerici adſeſſura, quod jam non prohibeatur amplius. *arg. d. can. fin. diſtinct. 86. & arg. l. 4. §. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ.*

37.

38.

39.

Sed quidquid id ſit, quod pro altera † ſententia ſpeciosè poſsit judici, melius eſt, ut dicamus Clericos in judicio ſeculari non adſidere, idque nec militiam ipſorum patitur, ut per ſuprà dictos Canones, & per *eleg. tex. can.* 40.

cum ad verum 6 diſtinct. 96. nec etiam conſultum eſt ut affectent, cum propter opprobrium. *d. l. 23. C. de teſtam.* tùm etiam, quod Curiarum arcana rimari velle videantur. Nec moror illud, quod exceptum, ſi officij ratio urgeat ſecularia attrectari, nam adhuc eſt in quæſtione an officia diſtincta commiſcere debeant.

41. Vice verſâ quod de Clericis † temporali foro arcendis dictum, an idem de Laicis abſtinendis adſeſſurâ Eccleſiaſticâ & Spirituali, ſtatuendum ſit, videre operæ pretium eſt: fortè non mirum ſi Clerici, Laicos prohibent, à quibus ipſi negliguntur? ita eſt, nam licet dubitare videre videamus noſtros de voluntate juris Canonici, quibuſdam non excludi Laicos ab aſſeſſoratu ſpirituali, alijs contrà cenſentibus; ego tamen certus ſum opinionis negativæ, quòd nimirum jus Canonicum Laicos reſpuat. *per text. in can. in novâ. 22. cauſ. 16. quæſt. 7.* ubi dicitur indecorum eſſe in Eccleſiâ (vel quod idem eſt in Eccleſiaſticis cauſis) Laicum judicare. *& cap. decernimus. 2.* ibi Laicorum judicio non diſponant, extrà de judicijs ubi benè nota vocabulum (judicio) quod nobis innuit non tàm perſonam Laici removeri, quàm ipſum votum ejuſdem, judicio ſcilicet Laicali vel ad ſpiritualia nimis groſſo, vel certè ſtatum Clericalem non perpendente eâ devotione, quâ par eſt. Ergò rectè *poſt Geminian. Rosbach. titul. de aſſeſſor. 7. num. 17.* ſtatuit,

Laicum

Laicum in Clericali foro non adſidere, niſi tractentur ibi cauſæ minus ſpirituales, ut per *Morlan. dict. quæſt. 6. n. 20.* Cui non officiunt, quæ pro contrariâ ſententia perpenduntur, quam quidem communem eſſe atteſtantur *Iaſon. in rub. ff. de offic. aſſeſſ. num. 3. Decian. tract. crimin. lib. 4. c. 9. n. 73. & poſt Abbat. Deci. in c. 2. extra de iudicijs, Mandell. in rubr. ff. hoc tit. n. 11. Schrader. tract. feudal. part. 10. ſect. 13. n. 10.* Nam primò urgent *alleg. can. in novâ 22. cauſ. 16. q. 7.* ubi mentio fit judicationis, † quâ prohibitione Aſſeſſoris votum non 42. contineri autumant, ut qui expers eſt poteſtatis judicandi: ut poſt *Bald. in c. 1. de iudic. Coraſ. in rubr. ff. de offic. aſſeſſ. docet n. 3. & Mandell. ibid. n. 4 poſt Iaſon. Rosbach. tit. de aſſeſſ. n. 22. Matth. Stephan. de Iuriſdict. cap. de Scabinis. n. 20. Roſenthal. de feud. cap. 12. concluſ. 9. num. 6.* Ad quod reſpondetur, Aſſeſſorem non quidem judicare in ſe, ſed tamen judicare in Magiſtratu, qui licet votum ſequi non teneatur, tamen poteſt (ut plerumque fit) non reſpuere, jam in prohibitorijs peræquè veniunt † ea, quæ directò cadunt 43. contra legem, quàm quę facilè in contrarium cadere poſſunt. *Novell. 87. in princ. & c. 1. tex. l. non dubium. C. de legib. c. 1. §. Callidis. de prohib. alien. per Frederic. lib. 2. feud. 55. l. cum lex. 46. ff. de fideiuſſor. l. fin. §. ſi mulier. ff. ad. SC. Vellei. l. quod dictum. 32. ff. de pact. cum ſimil.* & ut alibi noſtri, plus, dicunt, in aptitudine & potentia eſt, quàm in actu *l. 1. §. quotidiana. 2. ff. aqua quotid. gl. in §. his autem. verb.*

æſtimare.

æſtimaretur. Inſtitut. ad leg. aquil. & potentia nocendi æquè accipitur, ac præſens damnum. *l. ſi verò. 5. §. Prætor. 11. ff. qui effuder. vel dejecer.* Deinde non habendus eſt reſpectus poteſtatis perſonæ, ubi prohibitio dirigitur magis in effectum, id eſt, judicium ipſum, quàm cauſam ſeu perſonam; ſic fit in allegato *cap. decernimus. 2. de iudic. ut ſuprà dictum.* Participare autem de effectu judicij Aſſeſſorem, nemo negaverit, hoc ſenſu benè *Paris de Puteo. tract. Syndicat. verb. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas. n. 24. & 25.* propter cognitionem, inquit, quam habet, non eſt omninò abſque Juriſdictione ſcilicet aliquali: & Mandellus participare de Juriſdictione latè ſumendo. *dict. num. 4.* quo ſufficienter reſponſum autumo & Morlæ *dict. quæſt. 6. n. 19.* perpendenti cum alijs momentum deficientis in Aſſeſſore juriſdictionis.

44. Jam non moror, quòd Laici † capiunt intellectu ſpiritualia, ſicut Clerici, præſertim Juriſconſulti, qui divinorum myſteriorum creantur Doctores: Nam ſupereſt prohibitioni ſua peculiaris ratio, quæ ſtatus vocatur, nam ſtatus Clericalis non patitur Laicos omnia conſilia Eccleſiaſticorum reſciſcere.

45. ¶ Cùm jam † poſt viſam Aſſeſſoris legendi civitatem, tertio locò ſuccedat ejuſdem familia, breviter hìc dicendum eſt, ſive paterfamiliâs ſit ſive filiusfamiliâs, hoc perinde eſſe:
46. Nam in publicis officijs hic reſpectus † non

attendi-

attenditur. *l. filiusfam.9. ff. de his qui ſunt ſui vel alie-
na.iur. l.3. & 4. ff. de adoption. l. amiſſione.5. §.fin. l.
ſeq. ff. de capit. minut.* Sic judex eſſe poteſt filius-
familiâs. *l. Prætor. 12. in fin. l. in privatis.77.leg. ſeq. ff.
de iudic. Duaren. 1. diſputat. 51. Coſtal. in l. 10. ff. de iu-
riſdict. Brouchorſt. cent. 1. concil. leg. aſſert. 14.* poteſt
& eſſe Aſſeſſor. *poſt Bald. in l. fin. §. neceſſitatem. C.
de bon. quæ liber. Rosbach. hoc tit. n. 9.*

Alio modo conſideratur † familia ex pa- 47.
rentibus, ubi quæritur: an Aſſeſſorem nobi-
lem eſſe oporteat, ſive de familia nobili? Hîc
pro generali regulâ præmittendum eſt: quòd
omnes admittuntur ad aſſeſſuram, niſi qui
diſertè reperiuntur jure † noſtro prohibiti. 48.
textus in l. 2. ff. de offic. aſſeſſor. quæ traditio in alijs
quoque juris articulis æquè recepta. *l. mutus.
43. §. 1. ff. de procurat. l. cum Prætor. 12. ff de iudic. l. ab
ea. 5. ff. de probation. l. nec non. 28. quod eius. ff. ex quib.
cauſſ. maior. cap. 1. de Procurator. in 6. vide Maſcard. de
probation. concluſ. 1236. vol. 3. Menoch. 3. præſumpt. 16.*
& id in ſpecie noſtrâ multis probat. *Schrader:
tract. feudal. part. 10. ſect. 13. n. 8.* Jam cùm de ple-
beio prohibitus ſit aſſeſſurâ, nihil ordinatum
legibus inveniatur, conſequens eſt indubita-
tum, admitti, *per d. l. 2. ff. h. tit.* tantò magis de
jure Civili Romanorum, quò vix infamibus
vetitum hoc munus *eâdem leg. 2. ff. eod.* Nobilis
certè virtutibus erit noſter, is † enim verè 49
idoneus eſt, quem virtus probat. *l. 1. ubi Rebuff.
C. de condit. in public. horreis lib. 10. tit. 26. l. probrum*

42. in

42. in fin. ff. de verbor. ſignific. Maſcard. de probation. in verbo Idoneus latè: Virtus inquam eſt ſapor, qui omnes facultates condit, alioquin non ſola generis ratio habenda. *Plutarchus in Syllá*: ut Venator non quærit, quod tali cane natum ſit, ſed canem, & eques equum ipſum, non quod ex equo, quid enim ſi mulus ex equo natus ſit? ita vir Politicus tota vita erraverit, ſi in rectore non requirat quis ſit, ſed è quibus, &c unde *Claudianus in laudibus Stiliconis*:

——— ——— ——— Lectos ex omnibus oris
Evehis & meritum, nunquam Cunabula quæris
Et qualis, non unde ſatus, &c.

50. Simili ratione non requiritur † de jure, Aſſeſſor ut ſit Doctor. *Mandellus in rubr. ff. de offic. aſſeſſ. n. 10. Menoch. de arbitrar. iudic. Caſ. 253. n. 6.* Prout de regno Neapolitano, quod inibi admitti ſoleant carentes gradu Doctorali refert *ex Bologn. Menoch. ibid. num. 7.* Doctoratus enim eſt dignitas *Bartol. in proœm. & l. 1. C de dignitat. lib. 12. Mynſing. cent. 4. obſerv. 31.* quod autem apud veteres etiam perſonæ infrà dignitatem conſtitutæ, non fuerint rejectæ ab aſſeſſurâ, ſuprà probavi.

51. Fallit autem hæc doctrina de Nobilibus † & Doctoribus in Curijs ſupremis regalibus & viceregalibus: Sic in Camerâ Imperiali non admittitur Aſſeſſor niſi illuſtris, nobilis vel gradu Doctoreo aut minimùm Licentiæ inſignitus Cammergericht Ordnung. *part. 1. tit. 3. §.* deſsgleichen.

deßgleichen. 1. *Denaiſ. tit. 14. n. 1. & 2. Dn. Bocer. diſputat. bis 8. 13.* quæ ordinatio repetita *Anno 1600. Deputat. Spirenſ.* §. demnach auch / rc. in judicio noſtro aulico ex tribus ordinibus perſonas componi, ſuprà eſt dictum, & de totius ferè Italiæ conſuetudine, quod Doctores Aſſeſſores velit, Marcus Mantua teſtatus eſt *Menoch. dict. Caſ. n. 7. & noviſſimè Morla. p. 1. tit. 2. q. 6. n. 24.* juriſperitiam ſanè plus, quàm gradum ſpectari haud dubium eſt, *Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 425 n. 38. & 39.* unde juris ſtudioſum † peritum præferunt imperito Doctori. *l. 1. ubi gloſ. C. de annon. civilib. lib. 11. tit. 24. Coraſ. de iur. Civil. in art. redig. p. ult. c. 18.* & eò perventum eſt, incertum, an vitio temporum, quibus pauci non ſuprà ſortem ſcandunt, an verò promotorum qui maturitatem ſcientiæ aliquando ex præſenti pecuniâ æſtimare dicuntur, ut multi † jam gradum Doctoreum infrà ſe exiſtiment. Verùm quidquid id ſit, quod imaginentur homines ſibi, & plerumque plus quàm in ipſis eſt § *in fraudem 3. inſtit. quib. ex cauſ. manumitt. non lic.* ſimiles illis, qui ſpem præmiorum victoriæ pignori ponunt, antequàm victoriam obtinuerint, ut *l. ſpem eorum. 5. C. quæ res pignor. oblig. poſſ.* & qui locuples dici malint, antequàm adquiſierint, *ut l. pretia. 63. in fin. princip. ff. ad leg. falcid. l. 1. §. ſi impubere. 21. ff. de collation. bonor.* experientiâ jam inclaruit, grandiloquio ſæpè magnam aliquẽdiu velatam inſcitiam, mox proditam eo ipſo,

52. 53.

ipſo, quo tegebatur, qualis ille libertus, *apud Tacitum annal. 2.* oretenus exercitus animum bonis artibus non induerat. Rectiùs in magnis † Collegijs præfertur ſanctus canonizatus. *arg. dictorum Maſcard. de probacion. concluſ. 262. vol. 1.* ei, qui honorem arrogat, probationem verò refugit, præſumptio enim eſt pro teſtimonio publico. *adde Ruland. tract. de Commiſſar. lib. 7. c. 2. & lib. 1. cap. 14. n. 7. & ſeq.*

54.

¶ Verùm uti in aſſeſſore eligendo non ubique requiritur dignitas, ita nullo jure eò admittitur † infamis. *l. 2. ff. de offic. aſſeſſor. l. infamia. 2. C. de decurion. lib. 10. Speculator. h. tit. §. debet Rosbach cod. tit. n. 10.* nam Conſiliarium oportet eſſe bonum virum *Frideric. Fur. de concil & conſil. cap 2. §. quinto, & §. undecima, & cap. 4. §. 1.* eoque intendat princeps ſedulò, ut tales inveniat. *Furius d. cap. 4. Hippol. a Collib. in conſil. ſuo, pag. 34.* Conſiliarius, inquam bonum in omni homine amare, malum odiſſe debet. *Furius d. tract. cap. 2. §. decima.* quod quomodo ex animo fecerit, ſi ipſe malus? *poſt Tacitum Hippol. dict. loc. pag. 33.* & delicto libidiniq; obnoxius, *ut loquitur Saluſt. in bell. Catilin.* judicet ille, qui non agat eadem quæ in alio putaverit punienda, ne cum alium judicat in ſe ferat ſententiam. *can. iudicet. 3. q. 7. Arniſæ. Politic. 1. cap. 16.* Jam Aſſeſſor hodie ut plurimùm eſt judex ut ſuprà dictum, judicis autem officium infames omninò reſpuit. *l. cum Prætor. 12. §. non autem. 2. verſ. lege. ff. de iudic.*

55.

gloſſ. in

gloſſ. in l. 2. C. de dignitat. lib 12. Coler. de proceſſib. executiv. part. 4. c. 1. n. 62. Zanger. tract. de except. libr. 1. c. 4. n. 23. adeò, ut excipi de hoc vitio poſsit, etiamſi à Principe datus fuerit. *Vantius de nullitat. tit. de nullit. ex defect. iurisdict. deleg. n. 57.* nam Principi præſumitur hoc nomine obreptum. *ibidem Vantius n. 58.* quia infamia eſt contra ſubſtantiam hujus officij judex quippe † vir bonus eſſe debet. *l. vir bonus. 18. ff. judicat. ſolvi. l. quod ſi. 4. in fin. ff. de eo quod cert. loco. l. continuus. 137. §. cum ita. ff. de verbor. obligat.* æquitati obſecundare ſolicitus. *cap. 1. §. prædictis. quæ fuit prim. cauſſ. benef. amitt. 2. Feudor. 24. can. iudicantem. 30 q. 5. Schneid. in § actionum. n. 19. & ſeqq. Inſtit. de action.* infamis verò eſt judicatus malus vel confeſſus. *l. Athletas. 4. §. fin. ff. de his qui notant. infam.* Jam cùm aſſeſſura hodie ſit dignitas ut ſuprà oſtenſum, infamis multò magis arcebitur hoc gradu, ſaltem propter perſonas in dignitate conſtitutas alias ejuſdem officij, quæ gravabuntur ignominioſo conjungi. Ergò quamvis limitent † regulam prædictam. 1. Si partes receperint infamem & judicem eſſe patiantur, *Canoniſtæ in cap. cæterùm. 3. cap. ſuper literis. 20. cap. ad audientiam. 31. extra de reſcriptis. Speculat. part. 1. tit. de iudice delegato. §. excipi. 8. n. 2. Vantius dict. tit. n. 60 & tit. qual. ſentent. nullit. defect. poſſ. n. 53. Rosbach. ſæpè dicto tit. 4. n. 6.*

56.

57.

2. Secundò ſi princeps dederit ex certa ſcientia. *Zanger. dict. except. n. 24. & 25. verſ. ſi ta-*

 men.

men. Vantius dict. tit. de nullit. ex defect. iuriſdict. delegat. num. 56. Hodie tamen partibus non dabitur optare Aſſeſſorem infamem inter alios honoratos, nec princeps facilè jungit infamem hujuſmodi nobili Collegio.

Species infamium recenſet *dicto loco Vantius. n. 48. & ſeq.* Inter quos excommunicatum. *n. 61 & ſeq. & conſentit Speculator. tit. de aſſeſſore. §. debet. n. 2. Rosbach. n. 9.* & primus omnium notari de-
58. bet † motus ſemel officio aſſeſſuræ per ignominiam. *d. l. prætor. 12. verſ. lege ubi gloſſ. ff. de iudic. text. in l. 2. ff. de Senator. Speculat. tit. de ſententia §. 8 n. 2. Vantius dict. titul. de nullit. ex def. iur. deleg. n. 44. Rosbach. d. tit. 4. n 15. Coler. dict. p. 4 c. 1. n. 60. & 62.* Vel qui aliâs in officio hoc doloſus repertus. *Paris de Put. tract. Syndic. hoc verb. verſ. an poteſtas. num. 8.*

59. Ad Spurium † hâc occaſione pervenitur, de quo quæritur an Aſſeſſor fieri poſsit? mihi Spurium infamem non eſſe. *poſt Salicet. Tiraq. Palæot. probat Hartman. Piſtoris & poſt Heigium. p. 1. q. 21. n. 18. & ſeqq. & alios D. Harpprecht. in §. iniuria autem. 1. n. 225. & ſeqq. Inſtitut. de iniurijs.* nec naturâ lege moribuſve reperitur prohibitus aſſeſſurâ *ſæpè allegata. l. Prætor. ff. de iudic. & argum. l. 2. ff. hoc tit.* & Spuriorum, qui egregij in republicâ evasêre viri plurima exempla poſt alios congeſsit. *Ruland. in tract. de commiſſar. lib. 1. c. 7. num. 1. in fin. & n. 4. in fin. ubi per totum illud caput. 7. hanc Spuriorum materiam, itemque naturalium & legitimatorum*

torum latè recenſet, quibus addi poſſunt, quæ ad Mynſing. cent. 4. obſ. 31. notat Arnold. de Reyger. Hinc Genuenſes, quòd recipiunt Aſſeſſores Spurios inter cæteros. *Heig. dict. quæſt. 21. n. 55.* non fieri contra jus commune autumo.

Fallit autem concluſio hæc ijs in locis, † ubi 60. omnis labes & in ſpecie illegitimatis (ut loquuntur) ſtatuto vel ordinatione ſpeciali eſt remota, exigente literâ nominatim tales, qui juſtis nuptijs procreati ſint, ut quidem in Cameræ Imperialis ordinatione expreſſum eſſe conſtat. *part. 1. tit. 3. §.* deßgleichen. *Heigius dict. quæſt. 21. num. 55. Dn. Becer. diſput. hic th. 14. ubi ex commentatore ad dict. tit. refert.* etiam illegitimè nati legitimum filium rejectum aliquando fuiſſe. *Mynſing. cent. 4. obſ. 31. ubi etiam de legitimato idem confirmat Rosbach. tit. 19. Ruland. dict. cap. 7. lib. 1.* Eſto enim non in ſeminibus † ſemper, ſed in vo- 61. luntate naſcentis cauſam vitiorum poſitam, *ut can. naſci. 5. diſtinct. 56.* nec ab his, quæ vitia ſunt corporis ad animi deformitates rectè argumentum procedere, *ut can. Dominus. eâdem diſtinct. 56.* maximè ſuperveniente legitimatione: attamen perfectum id demum, cui nihil deeſt *Fabius libr. 1. cap. 1.* deeſſe autem Spurijs conſtat ſi nihil aliud ſaltem opinionem perfectionis & id, quod legitimè natum non eſſe inter mala recenſetur humana. *adde Gail. lib. 2. obſer. 140. n. 19. & complem. Grevæ.* Nam in hujuſmodi regijs tribunalibus omnia cum ſubtili-

tate diſponuntur meritò, adeoque huic veſtibus & corporis cultui Cameralium ſuas leges poſitas eſſe videmus, quo nomine remitto ad Rulandum *lib. 1. cap. 28 n. 9 de Commiß. ordin. p. 1. t. 7. & ibi. not. Denaiſ. ius Camer. verb. Camerales, &c.* Quod tralatitiũ ab Romanis videtur eſſe, quantum ad Aſſeſſores attinet, Romanis enim Senatoribus veſtis erat latus clavus & calcei lunati. *Vide Coraſ in Rubr ff. de Senator. n. 12 & l. 2. §. ex his auditoribus. ff. de orig. iur. Lamprid. in Alexand.*

¶ Poſthæc qualitates nonnullas perſo-
62. nam † decorantes, uti ſuprà in homine æquè factum, ſubjiciam ante electionem Aſſeſſoris neceſſarias: Parum eſt malum non eſſe & pravis moribus vacuum, niſi boni mores ſe exſerant. *cap. 1 §. fin. de form. fidelit. 2. feud. 6.* nam illo modo ſervi laudantur fures non eſſe, fugitivos non eſſe. *post Divum Hieronym. Cuiac. in π. C. de servis fugitiv.* ingenui amplius præſtabunt & ante omnes Aſſeſſor noſter ſeu Conſiliarius judicialis.

Sit igitur ipſi cum primis fama bona honeſta & glorioſa, quantum id bonum! *v. Ruland. latè de Commiſſar. & commiß. part 1. lib. 7. c. 5.* Cer-
63. tè hinc creſcit † fama Dominorum; prout *apud Caßiodor. 4. variar. 4.* Theodoricus Rex, ad ornatum Palatij (*inquit*) credimus pertinere aptas dignitatibus perſonas eligere, quia de claritate ſervientium creſcit fama Dominorum:

rum: tales enim provehere Principem decet, ut quoties procerem fuerit dignatus aſpicere, toties ſe cognoſcat recta judicia habuiſſe, &c. noſtrum certè integræ exiſtimationis eſſe vult. *ordin. Camer. p. 1. tit. 3. Matthi. Stephan. h. tit. de Scabinis. n. 33. Rosbach. de Aſſeſſ. n. 9. & 19. Paris de Puteo. verb. Aſſeſſor. verſ. poteſtas. n. 28.*

Nihil autem prius quæſitum† velim, quàm de verâ eligendi Aſſeſſoris pietate & orthodoxâ fide, quæ non in verbis & diſputationibus. *Iohan. Arnd. de vero Chriſtianiſmo. lib. 1. cap. 32. lib. 3. c. 1. & paſsim.* ſed in re & opere conſiſtit: ubi minimùm ea eſt induſtria in bonis operibus producendis, quâ dilectores hujus ſeculi in terrenis ſunt rebus. *can. omnes. 3. diſtinct. 47.* Conſiliorum gubernaculum lex divina ſit, *poſt Cyprian. Lipſ. polit. c. 3.* gentilibus quippe cognitum erat, nihil providenter homines ſine Deorum immortalium ope, conſilio, honore, auſpicari. *Grimal. de optim. Senator. à princip.* Er ſoll Gott ſeinen Herren förchten / *dicit de iudice Chilian. König in pract. cap. 3. n. 2.* unde ſuadente pietate noſtris mos omne inſtrumentum ſolenne ordiri invocatione SacræSanctæ Trinitatis. *vide Bald. in cap. 9. de vot. & vot. reddition. Couvarruv. pract. quæſtion. cap: 20. num. 1. Novell. 47. c. 1.* & Romani inſtituto Octavij Cæſaris thure ac mero ſupplicabant illi Deo, in cujus templo Senatus habebatur. *ex Dione Valent. Forſt. hiſtor. Iuris. lib. 2. cap. 83. num. 56.* notanter Juſtinianus 64

nus Imp. *in l.1. verſ. ergò. C. de offic. præfect. Prætor. Afric.* Juſtitiam & pietatem jubemus circa omnes noſtros tributarios reſervari, ſic enim & Deus placatur & ipſi poſſunt celeriùs florere.

65. Ex pietate veniet † vera juſtitia & ut vir bonus evadat ſincero corde: huic demum officium quodvis Politicum rectè creditur *poſt Lipſ. Ruland. de Commiſſar. lib.1. cap.6. num.10.* rectè Bodinus *de republ. lib.3. cap.1. num.242.* literarum cognitio ſemper eſt neceſſaria magis tamen neceſſaria fides, juſtitia & integritas, quarum

66. virtutum † adjumento quæcunque volet ſine multâ eloquentiâ facilè perſuadebit, &c. unde verum dixit Terentianus Simo in Andriâ: nihil iſthâc opus eſt arte ad hanc rem, quam paro, ſed his, quas ſemper in te intellexti ſitas fide & taciturnitate, &c.

67. Huic conſcientia ſedet, † quâ plenus quilibet judex eſſe debet. *Morla. Empor. iur. p.1. tit.2. quæſt.10.* & ſit timoratus, *ut loquitur Alex. Stiaticus pract. obſerv.23. n.17.* unde noſtris duo ſales requiruntur, ſcientiæ, ne ſit inſipidus, & conſcientiæ ne ſit diabolicus. *Menoch. de arbitr. Caſ. 339. num.1. Matth. Stephan. ſuprà dict. cap.4. de Scabinis num.35.* In Camerâ Aſſeſſorem oportet eſſe Catholicæ religionis aut Auguſtanæ confeſsionis. *Dn. Bocer. Claſſ.6. diſput. h. θ.15.* Oportet & praxi operam dediſſe aut legiſſe in Scholâ quâdam. *ex Cameræ ordinat. Dn. Bocer. dict. loc. θ. 13. quod*

Digitized by Google

13. *quod repetitum in Deputation. receſſ. Anno 1600.*

Nunc ut ſit veritatis amantiſsimus volo, 68.
quæ virtus prolixè commendatur *per totam diſtinct. 83. in Decreto Gratiani.* Cujus rei inopia laborant magna faſtigia? quid omnia poſsidentibus deeſt? ille qui verum dicat, *poſt Senecam in epiſt. Hippol. conſil. p. 36.*

Concurrentibus prædictis † animus ſit 69.
fortis ac conſtans, odium, favorem, divitias, paupertatem vitam ac mortem contemnens, ante quàm juſte agendi deſerat vocationem: *Furius de concil. cap. 2. §. 15.* hujuſmodi virum non civium ardor prava jubentium, non vultus inſtantis tyranni mente quatit ſolida, neque auſter Dux inquieti turbidus Adriæ, &c. *Horat. lib. 3. od, 3.* hic metu poteſtatis majoris non occultat veritatem ad hominis iram. *ex Auguſt. epiſtol. 86. ad Caſul Hippol. d. loc. pag 54.* qualis erat Helvidius Priſcus, qui mori maluit antè, quàm tacere quoad Senator foret. *Valent. Forſter. d. lib. hiſtor. iur. Roman. cap. 86.*

Et quid aliud illi, quibus omnia Principum
† honeſta atque inhoneſta laudare mos, *ut Ta-* 70.
citus loquitur annal. 2. efficiunt, quàm ut participent culpam propriamque faciant, quam corrigere neglexerunt. *can. facientis diſtinct. 86.* ſcitè Auguſtinus, quando nimia ſervatur humilitas (*ut in ſpecie noſtra à Conſiliario*) regentis frangatur authoritas neceſſe eſt. *can. quando. 4. dict. diſtinct. 86.* Vidimus Curiam elinguem, in

quâ dicere quod velles periculoſum, quod nolles, miſerum eſſet. *Plinius in Panagir.* tùm malus eſt miniſter regij Imperij pudor, *inquit Seneca & poſt ipſum Hippol. in conſil. pag. 41.* Et reipublicæ commoda quieſcunt, dum qui conſilium dare poſſunt, metu abſterrentur. *Thucyd. lib. 3. bell. Pelopon.* Noſter animum gerat virilem adverſum hæc omnia, quæ mentem ſeducunt à veritate; timorem, inquam, cupiditatem, odium, amorem. *can. quatuor. 11. q. 3. latè Menoch. de arbitr. iudic. Caſ. 343. n. 14. & seqq.* ſolus eſto reſpectus æquitatis & veritatis. *Menoch. dict. tract. lib. 1. quæſt. 57. n. 3.* ſtateram geſtet in manibus, lances appendat, æquo libramine, ſolum Deum præ oculis habens. *Hieronym. de Giacchar. conſil. Syndicat. quod eſt inter opera clari. n. 360. & dictus Menoch. in præmonit. præmiſſá arbitrar. iudicum quæſtion.*

71 Conſtantiæ vicina eſt † diligentia & aſsiduitas in vocatione cui ſicut impoſsibile nihil, ita ſpreta nullum conſilium etiam acutiſſimè excogitatum patitur eſſe bonum. *Hippol. in Palatin. p. 100. & ſequentib.* Nam etiam diligentiſsimus quiſque fallitur eventu, nec eadem pollicetur & re ipſa conficit. *Thucyd. lib. 1. bell. Pelop.* quid igitur fiet ſegnibus & tardis? qualis Fabius valens, inutili contatione agendi tempora conſultando conſumpſit. *Tacit. 3. hiſtoriar.* porrò ut laborioſus quilibet eſſe debeat, multa congeſsit. *Ruland. de Commiſſar. libr. 1.*

cap.

Digitized by Google

capit. 19. numero ſexto, quæ videri poſſunt.

Omnium præcedentium virtutum comple- 72.
mentũ † erit juſtitia & in hâc juriſprudentia,
juris inquam peritia publici & privati, nã hæc
nomen proprium dedit Aſſeſſori juris ſtudio-
ſi, ut ſuprà dictum. Juris inquam peritia ma-
ximè practici. *l. 1 ff. de offic. Aſſeſſor. l. 1. C. eod. tit. l. 2. ff.
quod quiſq. iur. Dn. Bocer. ſæpè dictâ Claſſ. 6. diſputat. 3:
theſ. 12. 4.* Nam ut verſatiſsimus quis ſit theo-
ricus, ſi praxis non accedat, tyrocinium ju-
ris potius vocabitur, † quàm vera juriſpru- 73.
dentia: & hinc comparantur nudi theorici fi-
lijs Zebedæi, cùm in praxi neſciant, quid pe-
tant, *poſt Rebuff. refert Maſcard. de probat. concluſ.
1291. vol. 3. in fin.* & in hinc in jure noſtra tàm
multa & egregia reſponſa partim experientia
& praxi quotidianâ invecta, partim eandem
extollentia. *ut l. minimè. 23. ff. de legib. l. filius eman-
cipatus. 14. in fin. pr. ibi. ſic enim inveni Senatum cen-
ſuiſſe. ff. ad leg. Cornel. de falſ. & in §. pen. inſt. de ſatiſ-
dat. ibi.* omnia apertiùs à quotidiano judicio-
rum uſu ipſis rerũ documentis apparere, &c.
*text. in l. Labeo. 21. ibi: morem agentium ſequi debemus.
ff. de ſtatu lib.* quibus accedit *l. 1. & 3. C. de ædif. pri-
vat. l. 1. §. impuberi. 33. ff. ad Senatuſconſ. Silan. l. fin. in
fin. C. de iureiur. l. 2. § his legibus. ff. de orig. iur. l. hoc
iure. 10 l. ſtipulatio. 38. pr. ibi. & ita utimur, & §. ſi quis
ita, ibi, æque iure utimur. ff. de verb. obligat. l. 1. §. eo-
dem autem. ff. dict. tit. ad Silan. ibi ait Sextus ſic eſſe ſæ-
pè iudicatum. Alciat. de præſump. reg. 2. præſum. 30. &*

eleganter Quintilianus ad ſenſum noſtrum. lib. 12. cap. 6. Et herclè, inquit, quantumlibet ſecreta ſtudia contulerint, eſt tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia veri facies, pluſque, ſi ſepares, uſus ſine doctrinâ, quàm citra uſum doctrina valeat, &c.

CAPUT SEPTIMUM.

Forma Aſſeſſoris, ibidemque de modo & ratione advocandi Aſſeſſoris.

SUMMARIUM.

Forma Aſſeſſoris. num. 1.
Modus advocandi Aſſeſſoris. n. 2.
Cauſæ impulſivæ habendorum Aſſeſſorum. n. 3.
Iudex an poßit eſſe imperitus iuris. n. 4.
Iudex ut legat ipſe ſententiam non eſt opus. n. 5. & 8.
Iudices optabiles, qui ex ſe habeant, ſciantque ipſi quid pronuncient. n. 6.
Bona faciliùs optàmus, quàm nanciſcamur. n. 7.
Wirtembergici iudicij aulici Præſes doctus ut ſit requiritur. n. 9.
Iuriſperitus an poßit cogi ad aßidendum. n. 10. & ſeqq.
Iudex cogi poteſt ad hoc munus. n. 11.
Reipublicæ intereſt cives dona ſua in publicam conferre utilitatem & non otiari. n. 12.
Doctor ad conſulendum cogi poteſt. n. 13. & ad advocandum. d. n. 13. & adſidendum. n. 14.
Aſſeſſores olim benevolè conqueri oportuit. n. 15.

Proxene-

Proxeneticum procurandis Aſſeſſoris. n. 16.
Munus publicum non erat aſſeſſura. n. 17.
Aſſeſſores an & quando pro abſentibus reipublicæ cauſa habiti. n. 18.
Excuſatio Aſſeſſoris. n. 19.
Electio Aſſeſſoris deſiderat diligentiam. n. 20.
Promotiones prece & gratiâ impetrata. n. 21.
Vocem liberam aſſeſſor habeto. n. 22.
Commendationes aliorum utrum planè ſpernendæ. n. 23.
Promotionem ũt debitum poſcunt, qui gnaviter ſudarunt in ſtudijs neceſſarijs. n. 24.
Apti cuique negotio adhibendi. n. 25.
Idoneus in comparativo gradu poteſt eligi præ eo, qui ſit in ſuperlativo gradu. n. 26.
Ingenia ſubtilia & ignea ſemper ſunt meliora. n. 27.
Idonei præferantur indignis. n. 28.
Gradatim fiat aſcenſus. n. 29.
Honores appetens priùs vires ſuas expendat ſecum. n. 30.
Officia malis artibus non paranda. n. 31.
Laborem ſequitur haud dubiè promotio. n. 29. & 32.
Fautoribus abundat, qui rectè facit. n. 33.
Officium inferius, qui antè geſſit, præfertur novitio. n. 28. & 29.
Pecunia aut munus non ſit medium concludendi apud eligentem. n. 34.
Officiorum mercatores amandandi. n. 35.
Contra mercatores officiorum ſemper ſiniſtra præſumptio. n. 36.
Iuramento Aſſeſſor obſtringitur. n. 37.
Magiſtratum iniuratum Romani non ferebant. n. 38.

Iuramenta

Iuramenta hodiè apta ſibi faciunt interpretationibus. num. 39.

Suſpectus, partibus non eſt obtrudendus. n 40.

Statutum, pactum, conſuetudo dominantur in Aſſeſſoris legendi materiá. n. 41.

Conſiliarius qui vetatur eſſe, is non fit Aſſeſſor & contrà. num. 42.

Aſſeßorum numerus in arbitrio eſt adſciſcentis. n. 43.

Ob man *ut recipiatur cogi poſſunt, qui iudicent. num. 44.*

Numerus conveniens gravibus cauſis iudicandis quis? num. 45.

Conſuetudo regit numerum Aſſeſſorum. n. 46.

Iudicum Collegium *integrum Iureconſultis mixtum rex unquam conſulit alibi. n. 47.*

Advocatus in eadem causá non erit Aſſeſſor. n. 48.

Iudex attendit, non quid in rem partis ſed quid communiter utile ſit. n. 49.

Advocatus videt, quid parti conducat. n. 50.

Conſuetudo non eſt rationabilis, qua ex medio iudicum advocati ſumuntur. n. 51.

An quis Aſſeſſoris & Advocati vices ſimul gerere poßit? num. 52.

Officia duo nemo affectare debet. n. 53.

Negotia ſeparant aſſeßuram & advocationem quæ alioqui benè concurrere poſſent. n. 54.

Wirtembergenſes Aſſeſſores praxi exterraneâ non arçentur. n. 55.

Locorum ſtatuta dominantur in materia coniunctionis advocatiæ & aſſeſſuræ. n. 56.

Iudicis

Digitized by Google

Iudicis partes qui geſſit, an poſt in eadem cauſa rectè patrocinetur. n. 57.
Aſſeſſurâ depoſitâ licitè advocati munus apprehenditur, uberis grandioris ergò. n. 58.
Quod quando mereatur vituperationem. ibid.
Duobus Magiſtratibus an unus rectè aſſidere poſſit? n. 59.
Secunda, tertia aut ulteriori vice idem legi in Aſſeſſorem poteſt. n 60.
Aſſeſſorum Cameræ nominatio & præſentatio n. 61.

FORMA Aſſeſſoris eſt ipſa † conſulendi & 1.
judicis inſtruendi facultas, quâ eundem juris adjuvat indagine: Cæterùm recenſitis pleriſque qualitatibus, quæ perſonam Aſſeſſoris legendi debent præoccupaſſe, convenit huic loco tractatio † de modo Adſeſſoris ad- 2.
vocandi. Dictum eſt ſuprà quis advocet, & quàm id fiat voluntariò, nullaque neceſsitate quantum ad perſonam judicis vel Magiſtratus. Nam is non poteſt cogi regulariter, ut ex conſilio aliorum judicet: ſed movet eum ſæpiſsimè vel imperitia vel negotiorum expediendorum † multitudo & gravitas; quo- 3.
tus enim quiſque, modò conſcientiam habens, ſolus ipſe ſibi ſapere videtur in arduis, quin conſilium ſapientum non flagitet, vel ſi maximè unus intellexerit omnia ſolus, non eò magis poterit omnia ſolus expedire: hæc poſterior ratio Aſſeſſores participes conſiliorum & laborum genuit. *l. 1. C. de Aſſeſſor. & domeſt.*

domeſt. Chaſſan. in Catal. glor. mund. part. 7. conſid. 27. verſ. & quoniam. Rosbach. proceß. tit. 4. de Aſſeſſ. n. 4. prout ſcitè Juſtinianus, quoniam multi, inquit, detenti curis quas apud nos habent, meritò judiciorum complent partem per ſuorum præſentiam Aſſeſſorum. *Novell. 82. in princip.*
4 De priore ratione imperitiâ ſcilicet, † eſt quod dubites: nam variè diſputata & trita quæſtio eſt, an judicandi munus juris & legum imperitis potuerit demandari & adhuc poſsit? de quâ quæſtione elegantia congeſſerunt. *Hotoman. illuſtr. quæſt. 28. Iunius quæſtion. Polit. 18. Dn. Vultei. diſcept. Scholaſt. cap 8. Dn. Harpprecht. controverſ. proceſſ. decad. 1. c. 9. n. 8. Cuiac. in Novell. 82. & Novell. 60. in fin. Robert. 3. ſentent. cap. 3. Coraſ. 5. Miſcell. 19. Brouchorſt. Centur. 1. concil. leg. aſſert. 43. noviſsime Petr. Auguſt. Morla. Empor iur. part. 1. tit. 2. de iuriſdict. quæſt. 6.* & mihi quidem ſolacet, ante Juſtinianum admiſſos eſſe etiam pedaneos judices imperitos. *argum. l. 2. ff. quod quiſque iuris in al.* Cum Dn. Vulteio dicto loco: poſt Juſtinianum verò non item. *dicta Novell 82.* in Magiſtratibus ferè omnes conſentiunt, quod ab his juris privati peritia exacta non fuerit, manetque planiſsimè, quod hîc volo, non ſolùm negotiorum amplitudini, ſed etiam horum imperitiæ datum, ut advocarent Aſſeſſores, hocque nomine ſalaria ipſis conſtituta de publico. *Morla. dict. loc. n. 11. ex Lampridio in vita Severi.*

Digitized by Google

Jam non moror argumenta, quę in contrarium ponderari poſsint, quorum reſolvendorum nomine remitto ad præfatos authores. Nam quòd primò ſententiam legere debet judex. *ut l. final. C. de ſentent. ex brevic. recitand.* id illuſtris non facit ex ſingulari privilegio ſuo. *Bart. in l. 1. C. dict. tit.* ſufficitque † ſi judex 5.
prædixerit: ſic pronuncio & Notarius mox legat de ſcripto ſententiam. *poſt Bald. in l. aliquando verſic. quæritur. ff. de offic. proconſul. Cyn. in l. 2. C. de ſentent. ex brevic. recitand. Kilianus König, cap. 23 proceſſ. Morla. dicto loco, n. 12.*

Et quod ſecundum leges & conſtitutiones debet judicare. *cap. 1. de conſanguin. & affinib. c. 1. de re judicat.* identidem facit per peritos mediatè. *Morla. ſæpè dicto loco, numero decimotertio.* Non denique obeſt, quod litem ſuam facit judex judicando per imperitiam aut dolum· *l. ultim. ff. de extraordin. cognition. l. ult ff. de Decret. ab ordin. faciend. §. 1. inſtitut. de obligation. ex delict. Franciſ. Marc. deciſ. 650. Robert. libr. 3. ſentent. cap. 3. ubi ſuprà.* Nam ſi dolo admiſerit falſum judicium, ſatis intellexiſſe rem videtur, & non abſq; peritia fuiſſe ejus juris, quod malitiosè temeravit. *argum. l. auxilium. 37. ff. de minorib.* Si culpâ lapſus eſt; aut protervè melius conſilium Aſſeſſoris ſprevit, & itidem non labitur imperitiâ, ſatis edoctus ſententiam meliorem, aut ſecutus eſt conſilium erroneum, & expedit malum non in judicem, idque propter

pter excuſabilem imperitiam, ſed in Aſſeſſorem, *ut ſæpè allegata l. 2. ff. quod quiſque iur. in al. &c. & infra latiùs dicetur de pœna Aſſeſſoris part. 2.*

Præcedentia autem lubens eò declaro, ut ſtipitem, bardum & blennum judicem minimè velim, ſat autem habeam in viro intelligente & diſcreto licet ſine eruditione. Nam
6. quòd optimi Principes † maluerunt judices, qui per ſe rempublicam gerere poſſent, non per Aſſeſſores, qualis Alexander Severus, *teſte Spartiano in vita eius.* & Juſtinianus, qui in *dictâ Novell. 82.* carpit ex alijs diſcentos ea, quæ ipſos eloqui in judicando deceat, id privilegio quidem bonitatis ſuæ laudatiſsimè cupierunt, prout in univerſum ea quæ pulchra ſunt ci-
7. tiùs bonis † optare, quàm potiri licet in hâc mundi imperfectione: quòd autem hujus voti compotes facti fuerint, nullibi legimus.
8. Ergò cùm poteſtas legere † non poteſt ſententiam, poſt Aſſeſſor id facere ex ejus commiſsione. *Paris de Puteo. tract. Syndicat. tit. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas. num. 22.* Quidquid autem id ſit de jure communi, certè ordinatio aulici ju-
9. dicij † Wirtembergici doctũ in Latinâ linguâ & juriſprudentiâ vult Præſidem, ut exprimit *part. 1. tit. 2. in princip. & facit ibidem.* §. vnd wo ſich dann/ ꝛc. *illius tit.* Ubi judex in paritate votorum partem unam fortificare comprobatione ſuâ & ſic pluralitatem inducere jubetur, id quod judex imperitus difficulter poſſet.

Digitized by Google

Eſto jam judicem † ſeu Magiſtratum indige- 10.
re Aſſeſſoris adminiculo ſeu ob imperitiam,
ſeu negotiorum molem, quæro, an eum qui
ipſi placeat, & verò adſidere nolit, cogere
poſsit ad hoc officium? Sanè judices cogi po-
tuiſſe ad obeundum munus judicandi, † non 11.
habet dubium, quod latiſsimè exponit Schra-
der, *tractat. feudal. part. 10. ſection. 10. quæſt. 25. n. 42.*
& ſequentib. Morla. ſuprà dicta quæſt. 6. n. 5. eodem
modo Aſſeſſores cogi poſſe per Magiſtratum,
ſi detrectent hoc officium. *docuit Cagnol. ad l.*
diem functo. 4. n. 23. ff. de offic. aſſeſſor. Schrader. dict.
loco n. 44. & quidem cogi pignoris capione,
mulctæ dictione aliiſque remediis, quibus
municipes adiguntur ad munera. *per l. ſi quis. 9.*
ff. de muner. & honor. l. 78. ff. de iudic. Menoch. de arbi-
trar. iudic. lib. 1. quæſtion. 2. num. 21. & coactionem
prædictam ex Dione probat. *Menoch. de arbitr.*
Caſ. 514. num. 2. Curtius relatus à Mandello in Rubric.
ff. hoc. tit. num. 12. per dict. l. ſi quis Magiſtratus. 9. ff. de
munerib. & honorib. ad quam tamen reſpondet Mandel-
lus; Aſſeſſores non eſſe Magiſtratus. Sed certè quo-
niam reipublicæ intereſt, † ne quis facultati- 12.
bus ſuis malè utatur. *§. ſed hoc. 2. inſtitut. de his qui*
ſunt ſui vel alien. iur. quod non pertinet ſolùm
ad res & patrimonia, ſed maximè ad operas
perſonarum, nam reſpublica gerit curatelam
univerſalem omnium civium. *arg. l. muto. 6. §.*
tutoris datio. 2. ff. de tutelis. & tot. tit. ff. & C. de Ma-
giſtratibus conveniendis. quæ pati non debet ul-

lum otiari. *Philipp. Camerar. in horis ſuccis. ſeu medit. hiſtor. lib. 2. cap. 32.* & verò ſtudium juris tàm latè patet, ut nemo ſtudioſus ejuſdem, in mechanicis laborare queat, faciant igitur poſtmodò oportet, quod didicerunt qui juriſperiti eſſe voluerunt, quibus & alijs fundamentis latè demonſtrat neceſsitatem Aſſeſsionis Paris de Puteo. *tr. Syndicatus. verb. Aſſeſſor. verſic. poteſtas cum eſſet, à princip. uſque ad n. 6. maximè n. 4.*
13. id quod tralatitium à conſulente, † nam peræquè jure proditum, Doctorem ad conſulendum cogi poſſe, *L. 2. ubi gloſ. & Bart. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12. Ruland. de Commiſſar. part. 1. c. 25. n. 12.* & advocati coguntur poſtulare. *l. 1. §. ait Prætor. 4. junctâ gloſ. ibid. in verb. non habebunt. ff. de poſtuland. textus in l. providendum. 7. §. 1. C. d. tit.* ubi pœna præſtituitur detrectanti privatio privilegiorum. *textus item in l. nec quidquam. 9. §. Advocatos. ff. de offic. proconſ. Dd. in l. invitus. C. de Procurator. Ioh. Iac. Ayrer. in proceſ. part. 1. cap. 1. ob-*
14. *ſerv. 8. n. 9. & ſeqq.* Ergò concludo cum † *Philipp. Franco in c. 1 n. 4. de iudic. in 6. poſt gl. ibi.* Magiſtratus quem poteſt perſonaliter vocare, ut adſit & ſibi conſilium præbeat in judicio vel extrà.

Hodiè ſublato jure veteri, quo in patriâ ſuâ nemo rectè adſidebat, de quo ſuprà, hæc ſententia magis eſt probabilis, quæ alioquin valdè dubia redditur, ſi reſpicimus priſca tempora, quando in Provinciâ ſuâ arcebantur aſsidendo indigenæ. Nam tùm temporis aſſeſſura

aſſeſſura aut erat munus publicum aut non
erat; ſi non erat munus publicum, conquire-
re utique oportuit Aſſeſſores † benevolentiſ- 15.
ſimè: unde procurandæ aſſeſſuræ proxeneta-
rum † & proxeneticorum uſum fuiſſe docet. 16.
L. final. ff. de proxenetic. Donell. 18. Commentar. 2. pag.
115. Sed ex nova hac quæſtione, an ſcilicet aſ-
ſeſſura fuerit munus publicum an non fuerit,
nova ſurgit dubitatio: Non fuiſſe munus pu-
blicum † Aſſeſſoris officium apparet cùm ex 17.
antè dictis, tùm ex *lege 1. C. de Aſſeſſorib. & do-*
meſt. &c. Spe præmiorum, *inquiunt Imperatores*
Dioclet. & Maxim. & honorificentiâ Aſſeſſores
ſunt provocandi, non metu terribili & neceſ-
ſitate incongruâ libertati terrendi. *Rosbach.*
hoc tit. de Aſſeſſor n. 8. & negat quod publicum
munus fuerit aſſeſſura. *Mandellus in Rubric. ff. de*
offic. aſſeſſor. nu. 12. & ea propter Aſſeſſores tùm
primùm † Reipublicæ cauſa abeſſe diceban- 18.
tur, juvabanturque ex edicto illo, ſi qua juſta
cauſa, &c. cum ſalaria ipſis de publico con-
ſtitui cœperunt Alexandri Severi clementiâ.
& ſic legem Reipublicæ. 37. & ſequentes duas, ff. ex quib.
cauſſ. maiores, &c. item alias Leges declarat Petrus
Burgius. 1. elector. 9. pag. (m) 20. cum antè priva-
to nomine abeſſe cenſerentur & ex dicta cau-
ſa non reſtituerentur. *Petr. Burg. dict. loc.*

¶ Ceſſat autem coactio Aſſeſſoris, † ſi ju- 19.
ſtam cauſam habeat denegandi. *argum. l. ſi lon-*
giùs. 18. l. iudex. 46. ff. de iudic. & facit ratio ca. 1. §. fin.

de prohibit. alien. feud. per Lothar. cap. 1. §. ſed non eſt alia. in fin. Quæ fuit princ. cauſſ. benefic. amittend. l. qui cum maior. 14. §. ſed ſi minor. ff. de bonis libertor. l. penult. C. quomod. & quando iudex, &c. L. final. ff. qui ſatiſdar. cogant. can. pervenit cum ſequentib. & can. final. diſtinct. 18.

20. In ſumma Aſſeſſorum electio † cum cauſæ cognitione fieri debet. *argum. l. 3 §. ſi cauſâ. ff. de bonor. poſſeßion. l. nec quicquam. 9. §. ubi decretum. ff. de offic. proconſul. l. omnia. 71. ff. de regul. iur.* Ergò capita quædam quæ præter ſuprà dicta Judex vel Magiſtratus porrò attendere debeat in electione Aſſeſſoris, brevibus attingam:

21. Primò non promovebit Aſſeſſorem † commendatione paucorum aut precibus ſtudijſque privatis ſed ex merito. *Tacit. in Iul. Agricol. vita Lipſius. lib. 3. Polit cap. 4. latè Chaſſanæ. in Catalogo vanitat. mundi part. 1. conſiderat. 60. Hippol. à Collib. Conſiliar. pag. 65.* Non miſericordiâ magis, quàm electione ſuper his decreta fiant. *ut Iuſtinianus in terminis tamen alterius officij loquitur in Novell. 15. in princip.* ſcilicet defenſoribus civitatum, ſed quę Juſtiniani ratio valdè huc quadrat ad Aſſeſſorem receptum mera miſericordia. Nam hujuſmodi creaturæ poſtmodò

22. liberam vocem † non habent, quam tamen quilibet Conſiliarius maximè habere debet. *Lipſius. 3. politic. 7.* non, inquam, liberam vocem habent præ creatoribus ſuis, & id vult Juſtinianus

nianus *in dicta Novell. 15. in princip. hiſce verbis, quæ aliquando ſunt obſcuriora*: & pro alio quodam luſu judicum ſubjacent, voluntatibus, &c. Cogitent, quibus jus eligendi datum, vileſcere muneris authoritatem cum obſcuris defertur. *dicta Novell. 15 in præfation. ubi Gothofred. lit. B. & hæc diſertè præmonuit ordin. Cam pag. 1. t. 4. §.* wo auch. *ibi.* daß dieſelbige nicht auß gunſt practicirt oder ſonſt *promovirt, &c.*

An igitur commendationes † omnes reſpuendæ ſunt cùm ei, qui idoneos quærit, tùm etiam illi, qui idoneus eſt & pro tali operam ſuam venditat? Minimè reſpuendas eſſe commendationes aliorum planè mihi perſuadet hoc, quod excellentia ſi ſtatim & paſſim obvia ſunt nomē excellentium amittunt, raris enim debetur hic titulus. rara autem per amicos quærenda non facilè ſolus inveneris, perſuadet autem mihi etiam libellus, qui Ciceroni tribuitur de petitione conſulatus. Nam ut quidem multa continet illè libellus mea ſententia Philoſopho non digna, tamen promotionum licitarum uſum honeſtum eſſe firmis probat argumentis: & apud Tacitum Thraſeapatus Ruſtico Aruleno ſuccinctâ & gravi oratione cogitandum proponit, promotionum ſpem non eſſe temerè præcipitem agendam juveni viro, ita refert Tacitus orationem peti: *Ne vana & reo non profutura interceſſori exitioſa inciperet, ſibi (id eſt peto) actam ætatem* 23.

 & tot

& tot per annos continuum vitæ ordinem non deſerendum, illi (ſcilicet Aruleno) initium Magiſtratuum & integra, quæ ſuperſint, &c. Facit, quod juſta honoris cupiditas & retentio quæ ordinatè fiat & mediante ſcientiâ inter virtutes ponitur. *poſt Lucam de Penna in l. 2. C. de his qui ſponte. muner. public. ſubeunt libr. 10. Chaſſan. in Catal. glor. mund. part. 1. conſiderat. 40. idem pluribus confirmat d. part. 1.*
24 *conſiderat. 53.* Imò † glorioſam promotionem ij, qui res egregiè geſſerunt, ut mercedem deſiderant virtutis, *poſſimus dicere cum Cicerone 1. de offic. Chaſſanæ. dict. lib. part. 1. conſid. 55.* Ergò videat Magiſtratus, ut conjunctâ cum propria amicorum curâ inveniat perſonas idoneas huic officio adſidendi præficiendas: Convenit enim in quaque re peritos maximè uſurpare,
25. prout Alexandrum Severum † Imperatorem feciſſe accepimus, qui ſi de jure tractaret doctos & diſertos, ſi de militia, milites adhiberet. *Lamprid. in vit.*

26. Quæſtio autem hîc emergit, † ſi tres occurrerent Magiſtratui eligenti Aſſeſſorem, unus ſatis peritus & idoneus, alter doctior & melior, tertius doctiſsimus & undiquaque etiam extra propoſitum munus perfectus, an eligere poſsit eum, qui in poſitivo gradu ſit? Baldus modicè perito eſt cōtentus *in l. ſi quid. §. ſi venditor. ff. de ædilit. edict.* Menoch. *in arbitrar. iud. ca. 253. nu. 3.* arbitrio judicis id permittit, quia *textus in c. ſtatutum. §. Aſſeſſorem de reſcript. in 6.* relinquit

Digitized by Google

relinquit hoc conſcientiæ: diſcretionem judicis eſſe circa qualitates Aſſeſſoris, ſicut circa ſalarium, *ſcribit Roſenthal. de feud. cap. 12. concluſ. 9. lit. d.*

Ego ſi mediocrem & in poſitivo gradu qualificatum elegerit, ſpreto alio, qui altioris ſit ingenij, minimè peccare judicem exiſtimo, per ea, quæ latè diſputat Morla. *multotıes dicta quæſtion. 6. Gutierrez. quæſtion. Canonic. par. 2. cap. 11. n. 38. & ſeqq. Cavallos commun. opin. contra commun. quæſtion. 659. n. 2. vide etiam Anton. de Padyll. in l. præſes. C. de ſervitut. & aqua.* neque enim ſubtiliora & ignea ingenia † ſemper ſunt melio- 27.
ra. *Thucyd. libr. 3. bell. Pelopon. Hippol. à Collib. conſil. pag. 8. & ex Q. Curtio lib. 4. Lipſius lib. 3. polit. cap. 4.*

Cùm autem is, qui inter præſentes electioni ſubjectos ita infimus eſt, ut non par ſit muneri petito eruditione, hoc caſu obtinebit *canon ſtatuimus. 8. diſtinct. 61.* abſurdum, inquit canon eſt, ut imperiti † magiſtris, novi anti- 28.
quis, rudes emeritis præferantur.

Præterea in hoc quoque attentio erit eligenti, ut libentiùs promoveat, qui in officijs publicis inferioribus ante exerciti fuerunt. *can. miſerum 4. can. quid proderit 7. diſtinct. 61. textus & ratio in l. final. C. ut nemini liceat in emption. &c. lib. 10. tit. 27.* in quibus obtinere debet; ut Gradatini fiat † aſcenſus, quod latè & per multos 29.
juris Civilis & Canonici textus probat. *Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 564. per tot.* & hîc minor

iraſci non debet, ſi prælatus ei ſit maior. *can. qui reſiſtit. 11. quæſt. 3.*

Concurrentibus autem duobus, qui utrique publica munera antè geſſerunt, regulariter is præfertur, qui diutiùs geſsit *textus ſelecti in l. 1. C. de agentib. in reb. lib. 12. tit. 20. l. 1. C. de offic. Caſtrenſian. lib. 12. tit. 26. l. ult. C. de tyronib. lib. 12 tit. 44.*

Niſi is, qui tempore vincit, laborum comparatione vincatur ab altero, nam qui plus laboravit, antegreditur illum, qui tempore prior. *ut diſertè ſtatuit d. unicuique 7. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. l. 2. C. de offic. magiſtri officior. l. 2. C. de primicer. lib. 12. tit. 7.*

Inter competitores autem obſervatio erit
30. perpetua, ut primò vires quilibet ſuas † metiatur diligenter, priuſquam honorem deſideret *can. non eſt. 1. quæſt. 1. Chaſſan. Catal. glor. mund. part. 1. conſiderat. 44. ubi citat ex Horatio illud:*

> *Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis aquam*
> *Viribus, &c.*

Metuatque ſibi etiamſi ſe dignum maximè arbitretur *can. ſuſcipiendus. diſtinct. 63.* Sin verò non ſit idoneus, temperet ſibi omninò ab honoribus, quibus eſt impar, & ita intelligo. *cap. qualiter. 17. de electton. can. inſcripturis. 8. quæſt. 1.*

Deinde ſi idoneus quidem, ſed prælatus ipſi, cui major in pectore ſedet prudentia, non iraſcatur, *ut dict. can. qui reſiſtit.* Tertiò, ut
31. deficientibus medijs ordinarijs † non invadat

dat officia malis artibus & medijs inordinatis. *can. nulli. diſtinct. 29. can. Eccleſiæ. eadem diſtinct. can. decimas. 16. quæſt. 7.* Sic nemo petet honorem cum alterius dejectione. *per dictos textus & alia. Chaſſ ınæ. in Catal. glor. mund. part. 1. conſider. 41. Speculat tit. de legat. §. 2. ante verſic. patet ergò. Idem in tit. de diſputat. & allegation. §. ſatis clarè. 6 in princ.* rectiſsimè Ambroſius, veritatis ea eſt regula, ut nihil facias commendandi tui cauſa, quò minor alius fiat, neque ſi quid boni habeas, id ad deformationem alterius & vituperationem exerceas. *can. 13. ſi quis. 1. quæſt. 3.* Laborem priùs † appetere omnes meminerint. *L. 1. C. de excuſat. artif. lib. 10.* & non dubitabunt poſtea de promotione ſua: Deus enim vel ex carcere novit habiles extrahere & reipublicæ neceſſitatibus præficere. *Geneſ. 41.* & veriſsimè Mercurius Plautinus *in Amphitruone*: ſat, † (inquit) favitorum habet, ſemper qui rectè facit. 32. 33.

Redeundo autem ad electorem † Aſſeſſoris, eligat liberâ voluntate nõ redemptâ pretio: nam hæc coactionis quædam ſpecies eſt, quò pertinet *tota Novell. 8. ut iudices ſine quoquo ſuffragio fiant. L. fin. C. ad leg. Iul. de ambitu. Novell. 161. cap. 1.* audiendus nobis Alexander Imperator, qui dicebat: ego non patiar mercatores poteſtatum, † neceſſe eſt enim, ut qui emit vendat. *Lamprid. in vit.* quod idem animadvertiſſe dicitur Ludovicus XII. Galliarum rex, ejuſmodi mercatores, quod averſione emiſſent, 34. 35.

 ſigillatim

ſigillatim poſtea vendere *in ordin. ſua 40.* idemque de Ludovico Beato refert *Ganguin. libr. 6. cap. 2.* certè contra eum, qui officium emit,
36. præſumptio † eſt, omnia poſteà perversè agere *Paris de Puteo. tr. Syndicat. tit. de offic. ſyndicator. verſ. Dicitur. n. 2. pag. (m) 95.* idque extenditur, etiamſi à Principe emiſſet. *Paris d. loc. verſ. & primò. ſequenti n. 4. ibi. tamen Salicetus & num. 5.* Provincias ſpoliari (inquit Seneca) & numarium tribunal auditâ utrinque licitatione alteri addici non mirum, quando quæ emeris vendere gentium jus eſt. *1. de benefic. 15.* Sed veteris Reipublicæ vitium erat ſuffragia emere, actiones eo nomine concedere. *Cuiac. in* π. *C. de ſuffragijs.*

37. Tertiò ubi judex † eligens repererit qui placeat, obligabit eundem juramento, velle judicare ſecundum Imperij conſtitutiones, jus commune & laudabiles locorum conſuetudines quod juſtum æquumque ſit: *cap. Venientes de iureiurand. l. final C. ad leg. Iul. de ambit. l. rem non novam. 14. C. de iudic. authent. ſed hodiè. C. eod. Novell. 82.* Cammergerichts Ordnung. *part. 1. tit. 57.* Fürſtlich Wirtembergiſch Hoffgerichts Ordnung. *part. 1. tit. 9. Alexand. Stiatic. pract. obſerv. cap. 26. n. 46. Dn. D. Bocer. Claſſ. 6. diſputat. huius tit. theſ. 22.*
38. Romani ultra quinque dies Magiſtratum † in leges non juratum, non ferebant. *Livius lib. 31. vide Arniſæ. Politic. cap. 16. pag. 378.* optimum enim remedium excitandi timoris divini juſiurandum,

dum, neque verò ſat eſt obligaſſe hominibus & fide humanâ, qui Dei vicem in terris ſuſtinere debebant: quamvis vice verſâ non ſatis firmum deprehendatur vinculum obligandis hominibus impijs, namq; hi quòd Deum non curent, quaſi abſenti & ignoranti juraſſe perſuaſi ſunt, maximè ubi occaſio eſt incurvandæ religionis † per omnis generis inter- 39.
pretationes, quam ad rem turpiſsimè abutuntur clauſulâ, getrewlich vnnd ohngefährlich/ quaſi non omnia exactè ſed ex arbitrio modicè imò malè diligentis & multa indulgentis viri præſtanda, contra quos jam olim declamavit *Livius lib. 3.* Sed nondum (*inquit*) quæ nunc tenet ſeculum, negligentia Deûm venerat, nec interpretando ſibi quiſque juſiurandum & leges apta faciebat, ſed ſuos potiùs mores ad ea accommodabat, &c.

Habeo quarto loco, quod moneam eligentem Aſſeſſorem pro † cauſa ſingulari: ut 40.
eligat partibus non ſuſpectum. *Philipp Francus poſt gloſſam in cap. ſtatutum. §. Aſſeſſorem. num. 1. de reſcript. in 6.* nam ſuſpectus Aſſeſſor poteſt recuſari *Petr. Auguſt. Morla. empor. iur. tit. 2. de iuriſdict. omn. iudic. in proœm. num. 14.* Cæterùm non propterea neceſſum eſt, ut aſſumatur qui partibus ſit confidatus (ut loquuntur) ſeu amicus. nam ſufficit non eſſe ſuſpectum & aliàs aptum. *Philip. Franc. dict. loc. Aſinius in praxi. §. 25. cap. 15. num. 2.* ac proinde ſi alicubi confidatos

& gra-

& gratioſos dari oportet Aſſeſſores, id non ex jure eſſe, ſed ex conſuetudine, monet *Aſin. dict. loc. Rosbach. hoc tit. de Aſſeſſor. num. 6 & 8.*

41. Deniq; Judex vel Magiſtratus † in eligendo Aſſeſſore ob oculos ponere debet, num ſtatutum vel conſuetudo loci, vel pactum ultrà ſuprà dictas etiam alias qualitates deſideret, nam his omninò ſatisfaciendum, utpote quæ dominantur in hoc genere plurimùm. *Schrader. tractat. feudal. part. 10. ſection. 13. n. 34. 35. 36. & ſequentib.*

Sic ſi ſtatutum vel pactum velit certę ſortis homines allegi, hæc diſpoſitio implenda eſt, ita in materia feudali valet non alios haberi Aſſeſſores, quàm pares curiæ. *Schrader. dict. tractat. & ſection. n. 43.*

Et qui ſtatuto prohibetur eſſe Conſilia-
42. rius † hic per idem prohibitus cenſebitur eſſe Aſſeſſor; nam hæc duo convertibilia ſunt. *Paris de Puteo. tract. Syndicat. verb. Aſſeſſor. verſic. an poteſtas. n. 5* & generaliter quicunque defectus vetat fieri Conſiliarium, idem etiam Aſſeſſorem fieri non patitur *Schrader. dict. part. 10. ſect. 13 num. 12. poſt Chaſſanæ. in Catal. glor. mund. part. 7. conſider 27. verſ. octavò animadvertendum, &c.*

¶ Jam cujus arbitrium eſt an eligere Aſſeſ-
43. ſorem † ſit neceſſe idem æſtimabit, ſi evidens ſit neceſsitas, quot numero Aſſeſſores ſibi adjungere velit. Sanè ſi duo Aſſeſſores non conſenſerint, aſſumi tertius debet ſalario duo-

rum

rum cum tertio partiendo. *Philipp. Francus poſt Dominicum in cap. ſtatum. §. Aſſeſſorem nu. 7. in gloſſa verbi. Competenti. de reſcriptis in 6. Speculator. § 5. n. 3. hoc tit. de Aſſeſſor. Paris de Puteo verb. Aſſeſſor. verſ. poteſtas cum eſſet. num. 6.* qui tertius vocatur ein obmann. *Roſenthal. de feudis. cap. 12. concluſ. 9. n. 16. poſt Schrader. tract. feudal. part. 10. ſection. 15. num. 2. ubi is latiſſimè pro more ſuo.*

Ad eligendam talem perſonam ſuppletoriam † arbitri juris iuviti cogi poſſunt per ſuperiorem implorato hoc nomine ipſius officio. *Schrader. dicto loco adde eundem num. 24. & ſequentib. Roſenthal. dicto loco n. 18. lit. C.* Quid? quòd omnes, ſive ordinarij ſive delegati judices ſint, ſi inter votandum ſcindantur in partes æquales, cogi poſsint ad recipiendam perſonam ſupernumerariam, quæ majora (ut vocant) conſtituat, die das mehrer mache. *Schrader. ſæpè nuncupato loco. num 4. 5. 6. & ſequentib.* 44.

Hìc commodum eſt quærere, † ſi collegium judicum & dicaſterium ordinarium conſtituendum eſſet ex integro cauſis gravibus expediundis, judicandiſque maxime vice ejus, qui territorialem juriſdictionem exercet quot perſonæ videantur ſatis eſſe? idque non otioſè quæritur ut opinor inſpecta parte 2. tit. 1. der Cammergerichts Ordnung/ Videmus in Curijs ſtatutum minorum gentium unum vel alterum Conſiliarium cum Secretario rei toti præfectos & vice Domini 45.

mini judicare vel jus dicere in graviſsimis? Mihi rationabile videtur, judici vel præſidi ejuſmodi conſilij minimùm octo perſonas attributas eſſe debere: tot enim & non pauciores, conſtitutiones Imperij in Camera Imperiali, quando ſuper definitiva deliberatur, exigere noſcuntur, ordinatio *p. 1. tit. 10* §. Ferner ordnen. mixti ex ordinarijs & extraordinarijs, ut anno 1557. conſtitutum per viſitatores. *Ciſner. ad ordin. dict. loc. fol.* (*m*) 53. §. damit auch. qui ijdem anno 1577. quos ad vulgares cauſas deputaverant ſenos, juſſerant augeri pro cauſarum gravitate. *Ciſner. dict loc. fol. 54.* §. ſolten. quæ ſuprema Curia omnibus inferioribus ad imitandum propoſita eſt, quam etiam jure meritoque imitari debent, *textus in §. final. Inſtitut. de ſatiſdationib. & in conſtitut. Iuſtiniani de veteri iure enucleand. §. ſed & ſi qua. 10.* ſequiturque eandem ordinatio deß Fürſtlichen Wirtembergiſchen Hoffgerichts / *part. 3. tit. 24.* §. ſo ein. *fol. 86.* quin apud noſtrates raro octoni duntaxat, ſed plerumque plures adſidere conſpiciuntur, ſæpiſsimè autem Collegium frequens ſuos tredecim judices exhibet, in Camerâ autem major numerus octonario vix adhibetur: Extra jam deciſum caſum,
46. quòd ſi conſuetudo † loci determinet numerum Aſſeſſorum, ei meritò ſtabitur; Sic jus Saxonicum tres minimùm imperare Scabinos dicitur. *Chilian. Konig in proceſſu ſuo. cap. 23. num. 1.*

num 1. poſſunt autem & quatuor ſex aut undecim eſſe. *Chilian. König dicto loc. n. 3. verſic.* vnd ſolcher/ *&c.*

Quin etiam ſi cauſa tàm gravis † ſit, ut integro collegio jureconſultis referto non liqueat ſatis, potius expenſis pudoriq́ue non parcendum eſſe, quàm juſtitiæ detrahendum autumant, & tali caſu alios conſuli debere *Bald. & Angel. in l. dubium. C. de repudijs.* ad quod tamen extra caſum neceſsitatis non facilè deſcendendum. *Speculat. §. ſalarium. 5. n. 4. in fin. hoc tit. de Aſſeſſor.* 47.

Inter cætera Judex ſeu Magiſtratus de Aſſeſſore ſolicitus conquirendo, admonetur, ne ſumat eum, qui in eadem cauſa antè fuit † 48.
Advocatus. *tex. in d. fin. §. ult. in fin. C. de aſſeſſorib. & domeſt.* ne, ut notanter, ibi Imperator ſubdit, affectionis ſuæ vel advocationis memor, incorrupti judicis non poſsit nomen perferre: impoſsibile enim eſt ingenuo & honeſto animo dupliciter erga unam cauſam eſſe affecto: advocatus ea affectione in cauſam eſſe debet ut propriam, & ei fini intentus, ut vel victoriam reportet, ſi id fieri poſsit, in quo quidem omnia licita media intentata non linquet, vel ſi fieri non poſsit, ſaltem clementiam, & quod victoriæ proximum eſt: ut per Fabium *lib. 5. cap. 13.* cui planè diſsimile judex attendit, non † quid parti expediat, ſed quid 49
bono communi, quid juſtitiæ, judex medius eſt,

eſt, Advocati in extremis verſantur: judex vir bonus eſt æquitati obſecundare ſolicitus & eo fine cuncta ſubtiliter diſpenſans. *cap. 1. §. prædictis. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt. lib. 2 feud. 28 l. quæſitum. 13. ff de teſtib. can. iudicantem. 30. quæſt. 5. cap. cum Iohannes. 10. extra de fide inſtrument. Schneidevu. in §. actionum. n. 19. & ſeqq. Inſtit. de action. Vultei. lib. 1 de feud. c. 11 n. 26. And. Gail. lib. 1. pract. obſ. 108. n. 4 & ſeqq. & lib. 2. obſ. 31. n. 13. & obſer. 76. n. 7.* Advocatus eſt vir bonus, partis ſuæ admini-
50. cula † fideliter diſpenſans, ut vel vincat, vel benigniſsimam pro merito ſuo ferat ſententiam. *l. 1. §. poſtulare. 2. ibi deſiderium amici. ff. de poſtuland.*

Ob hanc affectionem, quem ex officio ad cauſam gerit, imò gerere tenetur, repellitur Advocatus à teſtimonio in cauſa. *L. fin. ff. de teſtib. in 6. Dn. Harpprecht. in proceſs. decad. 11. concl. 4. in fin. Wurmſer. 1. obſerv. tit. 4. obſ. 1. Maſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 66.* & repellitur à judicandi munere in eadem. *l. Prætor. 17. ff. de iuriſdict. gl. in d. c. fin. verb. appellationis. de teſtib. in 6.* ergò etiam ab adſidendo, ut ſuprà dictum, nec facienda eſt diſtinctio an Advocatus ſalarium perceperit, ſive non acceperit, ut hoc caſu admittatur propterea, quia ratio prohibitionis ceſſare videatur: nam affectio ad cauſam non eſſe ex ſalario debet. *arg. l. 1. §. Advocatos. 7. ff. de extraordin. cognit. iuncto. §. proinde. 5. d. l. 1. eod. tit.* ac proinde benè factum in jure noſtro Wir-

tembergico

tembergico noviori, quòd conſuetudo † illa 51.
plerumque locorum abolita, quâ partes litigantes ex medio judicum ſingulos ſortiebantur Advocatos, qui poſtquàm in cauſa oranda progreſsi uſque ad concluſionem fuiſſent relictis partibus, ambo introibant conſilium, & ex Advocatis mox judices facti reliquis collegis in ferenda ſententia opitulabantur. New Landrecht/ *p. 1. tit. 17. fol. 94. §.* vnd weil/ *&c.*

Sed hac occaſione quæritur, an ſicut Aſſeſſor nemo poteſt eſſe in cauſis. in quibus antè Advocati patrocinium præſtitit, ita in univerſum † nullus Aſſeſſor poſsit ſimul Advo- 52.
catum agere? De illo res eſt expedita, de hoc dubitatio reliqua propter *text. L. pen. ff. de offic. Aſſeſſor.* ubi in ſuum auditorium cauſas tractare vetatur Aſſeſſor, in alienum autem non prohibetur: Accurſius *in d. l. pen.* exiſtimat, illam legem eſſe correctam per *d. final. C. eodem.* & rectè: *quem ſequitur Iaſon ibidem.* Nam *d. l. pen.* ſpectare urbem Romanam non Provincias facilè eſt colligere, quia in Provincijs vix occaſio fuit coram uno tribunali advocandi, & in alio adſidendi, propter diſtantiam locorum: in urbe autē Romana multiplices erant cognitiones, & non vetabantur uno loco advocando alio adſidendo operam navare modò ſuſpicio & privata ſtudia abeſſent: Neque verò quæ vulgò datur ſanctionis Juſtinianeæ

ratio in *d.l.fin.ut per Roſhach. hoc tit. n.18. Duaren.hoc eod.tit. Donell.18. comment.2. pag.114. & pag.ſeq.* hanc ſolam eſſe credere debemus, quod nimirum
53. regulariter nemo duo officia affectare † debeat, quò allegant. *L. has parte. 10. C. de de proxim. ſacror. ſcrin. libr. 12. tit. 19. l hi quidem. 5. C. qui milit. poſſ. lib. 12. tit. 34. l. 1. C. de præpoſ. agent. in reb. lib. 12. tit. 21. & gloſſ. in d. l. fin. verb ſufficere. C. de Aſſeſſ. allegat. l. magis. 5. §. in primis. ff. de reb. eorum. & l. ut qui natura. 19 §. cum me. 3 ff. de negot. geſt.* Nam advocatia & aſſeſsio ſunt quidem duo officia, ſed utraque juridica & Jureconſulto apta. *l. 2. §. ſervius. 43. ff. de origin. iuris & l. 1. C. de aſſeſſor.* minimè autem contraria extrà ſi in una & eadem cauſa velint ab eodem exerceri. Et ſi turpe fuit, ut idem advocaret, qui etiam adſideret, cur permiſêre vetuſtiores, *ut dict. l. pen. ff. de offic. aſſeſſ.* jungenda igitur modò dictæ & il-
54. la, quod tempore Juſtinianeæ † legislationis *in l. ult. C. h. t.* tanta fuit multitudo negotiorum in ſingulis, ut aut extremè avarum ſe aut certè πολυπράγμονα proderet, qui utrumque ſuſcipere laborem non dubitaret; & hanc rationem textus indicat ipſe in ſæpè dicta *L. fin. C. h. t. adde aliter dictam l. pen. explicantem Pacium. centur. 1. concil. leg. quaſt. 55.* jam quoties princeps voluit, diverſa eſſe ſalaria advocatiæ, & aſſeſſuræ, & ſatis honeſta ſingulis, quoties item negotia in ſingulis ſatis onerant, toties improbè conjungi nullus refragabitur, è con-
verſo

o autem, ſi partem anni laboratur, & pro
e anni ſalaria præbentur, impunè Aſſeſ-
m praxi patronariæ manuum applicare
timem, ceſſante causâ legis prohibitivâ,
egis enim ratione producimus & coarcta-
s ejus diſpoſitionem. *l. his ſolis. C. de revoc. do.*
l. milites agrum 13. ubi Dd. ff. de re milit. l. ſi rem
eptam. 41. ff. de uſucap. l. fin ff. de cloac. l. cum mu-
47 ubi Bl. ff. ſolut. matr. Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt.
6 n. 43. & ſeq. ſic limitamus legem ex utili-
e ejuſdem. *L ſin autem. 27. §. ſed & is. ff. de Rei*
dic l. ſubtilitatem. C. de iudic. l. nam ut pedius. 13. ff.
egib. cum ſimill. Sichard. in Rubr. C. de collation. n. 7.
: hodie in Camera Imperiali aſſeſſoribus,
etitum eſt abſolutè & ſimpliciter, nullis ex-
aneis advocatijs vel conſiliariatibus appli-
.ri, quis enim neſcit, ipſam Cameram ſatis
ppeditare negotiorum. Cam̃ergerichts Ord-
ing/ *p. 1. tit. 6. in princ. Denaiſ. iur. Cam. tit. 16. n. 8.*
uin obſervatores notant non indulgeri ex-
ra ordinem, ut quis Aſſeſſor inter diſceptan-
es ſtatus Imperij arbitrum agat, ne hujuſmo-
i avocationes tandem crebrò quærantur ſi-
e diſtrahendi collegij, prout Duci de Wir-
emberg & Civitati Argentinenſi memorant
denegatum einen Obmann/ ex aſſeſſoribus Ca-
meræ. *Ruding. in pract. obſervat. verb.* Beyſitzer.
Quemadmodum vice versâ adſeſſoribus † 55.
Dicaſterij noſtri Wirtembergenſis, quoniam
in anno quaternis vicibus & ſingulis vix ultra

quinas ſeptimanas habetur judicium, non eſt interdictum, praxi exterraneæ, quatenus conſuluntur à Nobilibus vel Dominis non ſubditis, vel etiam in cauſis, ſo vermutlich an das Hoffgericht nicht gelangen/ nam & ſalaria perpetua nō habent, ſed quatenus adſident, excepto quòd ratione relationum Doctoribus paulum perpetui tributum eſt; & tamen, ut omnis ſuſpicio partialitatis crebræ etiam ſeceſsiones Aſſeſſorum faceſſerent, omnibus & ſingulis intra Ducatum & in cauſis, ſo vermutlich an das Hoffgericht per appellationem gelangen möchten/ interdictum eſt advocationibus, quod ante paucos annos factum eſt, cum antè libera fruerentur praxi Aſſeſſores, & incidentibus cauſis quibus præfuerant, ſecederent.

56. Ergò prout uniuſcujuſq; curiæ leges † hoc diſpoſuerint, pro conditione cauſarum, perſonarum & temporum, ita obſervabitur: quando quidem videmus, ipſius Juſtiniani tempore lege ſæpe dictâ ſin. Magis generaliter prohibitum fuiſſe promiſcuum advocationis & aſſeſsionis uſum, quàm quòd generaliter etiam ſervata fuerit illa prohibitio, ut apparet *ex Novell. 60. c. 2. §. 1. verſ. Conſiliarijs autem, &c.* ubi datur Aſſeſſor, qui idem advocatus, intellige duo judicia, quibus negotiorum quantitas pati poterat commixtionem: Neque verò perpetuum eſt, extra caſum impoſsibilitatis.

ibilitatis, ut nullus duo gerat ſimul offi-
per ſupra dicta: nam tutela eſt officium,
ia enim perſonalia munera vocantur of-
. *L. munus. 18. ubi Iohan. Gaddæ. ff. de verb. ſignif.*
nerum. 18. pr. ff. de muner. & honor. l. 1. ff. eod. tit.
s autem neſcit tria ejuſmodi officia in una
ſona concurrere poſſe? *ut inſt. de excuſ. tutor.*
urat. §. item tria 3. & ff. eod. ti. l. 2. §. fin. l. 3 §. 4. 5. & 6.
Ex converſo videre nunc licet, † an judicis
ſonam qui ſuſtinuit, poſtea fieri poſsit in 57.
ē cauſa advocatus, pone in prima inſtan.
adſedit Magiſtratui judicanti, in appel-
ionis judicio vult patrocinari, an id con-
boni viri officium fieri cenſendum? Sunt
ibus ita ſedet *per d. l. fin. C. de Aſſeſſorib. & do-*
ſt. Perpendendo ibi duplicitatem officio-
m & prohibitionem deſuper factam, & per
uiſquis. 6. princ. C. de poſtuland. conſiderando
tionem ibi, quoniam aliquem inter arbi-
os & patronos oportet eſſe delectum. *Ma-*
rd. de probation. concluſ. 145. n. 2. poſt Speculator. tit.
advocat. § 1. verſ. item quod fuit advocatus, &c. Mi-
i verò contrarium placet, poſſe ſcilicet poſt
nitum judicium hujus judicij Aſſeſſorem in
lia inſtantiâ parti alterutri patrocinari: nam
quid noceat affectio pòſt nata judicio præ-
cedenti? nihil omninò, quid judicio futu-
ro? itidem nihil, nam advocatus hoc agit, ut
cauſæ ſit amiciſsimus, quod nil ad corruptio-
nem poſterioris judicij facit, Ergò rectè *poſt*

Cynum in l. quiſquis. 6. q. 1. Petr. Auguſt. Morla. ſæpe dicta quaſt. 6. n. 30. ſtatuit *contra Speculatorem & Maſcardum dictis locis.* Nam nec illud eſt ut moremur, quod Aſſeſſor qui fuit in prima, non rectè fiat teſtis in ſecunda inſtantia, *ut per Maſcard. dict. concluſ. 145. num. 1.* nam id facit votum defendendæ ſententiæ ſuæ, quam prius tulit Aſſeſſor à qua nemo cenſetur diſceſſurus facilè. *L. iam trigeſima. 35. C. de appellation. Gail. lib. 1. pract. obſerv. 131. num. 1.* imò vix libenter alienam ſententiam quis retractat, ſciens, id quod ſibi diſpliceret, alij non facere, ut inquit Fabius *lib. 5. cap. 1. pag. (m) 271.* Diverſum eſt in caſu noſtro, quandoquidem id maximè poſterioris officij natura exigit, eſſe affectum omni meliori modo in partem unam, cui ſervitur.

58. Illud autem planum eſt, † depoſito Aſſeſſoris munere, advocati partes quem jure apprehendere poſſe, ut in Camerâ nihil frequentius fieri videmus. *Vmmius diſput. de aſſeſ. n. 7. in fin. theſ. 2.* id permittente, *d. l. fin. in fin. princ. C. de aſſeſ. & domeſt.* & jubente ferè in Cameralibus neceſsitate quæ vituperationis notam, quam aliàs incurrere poſſent ut præferentes inferiora ſuperioribus, facilè transfert ab ipſis, poſtquàm de ſalario conſtituto pro ſtatu & conditione ſuâ ægrè exhiberi poſſe dicuntur.

59. Reſtat videamus, an unus Duorum † Magiſtratuum Aſſeſſor eſſe poſsit? quam rem non tàm

:x concurſu & compaſsione officiorum, ı negotiorum multitudine itidem, & :ate ſalariorum ut in præcedentibus fa-, æſtimare par eſt: prout *ſæpè allegatam l.* ı. *& ſeq. C. de aſſeſſor. & præfata iura* quæ duo a conjungi non patiuntur *quibus accedit* *næ. in Catal glor. mund. part. 1. conſid. 61. & per* *& 2. 4 q. 4. cap. fin de inſtit. can. presbyteros. 16.* :. *c quia nonnulli de Cleric. non reſident. c. unio.* *ſt. 3. Speculator. tit. de aſſeſ. §. 6. pœna. num. 3.* ſariò ſic declaranda eſſe autumo.

ııique non prohibetur Magiſtratus, † 60. ı ſemel, bis vel etiam amplius uſurpavit ſſeſſore, & extra doli mali cauſam rur-limiſit, iterum pro neceſsitate juſtitiæ ere. *ut eſt textus. in l. Liceat. 12 C. de aſſeſſor.* ›n refragatur *l. nemo. 5. C. eod. tit.* quam de ·ſticis & Cancellarijs judicum loqui s ipſe innuit, diverſos inter cætera po-ùm in eo ab Aſſeſſoribus, quòd hi lege-r per Magiſtratus, *ut ſuprà ſuo capite*, Can-ij & domeſtici non legerentur per eoſ-imò ſub gravi pœnâ interdictum erat tratibus ne ipſi adſciſcant ſibi talia offi-*nullus. 8. C. de aſſeſsor.* Sed accipere coge-ır à primatibus officij Scriniorum in eâ Provinciâ. *ut dict. l 8.* ſi igitur non optare ant novos, multò minus poterant ſe-ıotós Cancellarios revocare, hæc enim ſpicionis plenior eſſe poterat.

Digitized by Google

61. ¶ Reliquum eſt ut de aſſeſſore Cameræ Imperialis † adlegendo ſpecialia adnotem: præterquàm quòd Catholicam religionem vel Auguſtanam confeſsionem agnoſcere: quod integræ famæ, quòd Illuſtris Generoſus nobilis aut Juriſconſultus gradu honoratus, quòd legitimè natus, Germanicæ nationis & juratus peculiari formulâ eſſe, de quibus omnibus peculiaribus locis in hac parte dictum, accedit nunc, quòd conſtitutiones Imperij non contentæ ſunt Doctore vel Licentiato ſimplici, bullâ fortè aut immaturo examine, ut non rarò prodeunt, creato aut meris obſtaculorum reſolutionibus tincto. *vide Ciſner. ad ord. p. 1. t. 4.* §. wo auch. *fol. (m) 17.* ſed qui in praxi forenſi probè ſit exercitus, peritiamque hauſerit plenariam: fortè Conſiliarius Principis. *vide Ciſner. ad* §. deßgleichen. *pag. (m) 13.* Profeſſor Academiæ aut aliàs inſignis practicus antè qui fuerit *ord. Cam. p. 1. c. 3.* §. auß denſelben. Deputat: Abſchied de anno 1600. §. demnach. *fol (m) 10. adde Ruland de Commiſſar. lib. 1. cap. 27.* Jus nominandi & præſentandi Aſſeſſores Cameræ eſt vigore ordinationis penes Cæſaream majeſtatem, Principes electores & ſex ſtatuum reliquorum circulos. *Denaiſ. iur. Camer. tit. 18.* & in ſpecie Cæſar ipſum judicem Cameralem ordinat, quem Principem Imperij Eccleſiaſticum vel ſecularem, aut minimùm Comitem Baronémve Imperij oportet eſſe.

ſe *Denaiſ. dict. loc. Dn. Bocer. dict. diſputat. theſ.*
orrò Imperator Cæſarei officij nomine
i ordinationem in Anno 1555. publica-
nominat duos Comites vel Barones &
lem juris Doctores vel Licentiatos, tùm
n nomine hereditatiarum Provincia-
nobiles ſimiliter duos pro his tamen et-
admittuntur Doctores promiſcuè. *Dn.*
dict. theſ. 18. Quilibet ex ſex Principibus
oribus nominat præſentatq; unum Aſ-
rem nobilem vel Jureconſultum, & de-
e ex ſex circulis ſinguli binos tàm ex or-
equeſtri, quàm Jureconſultorum ex Ca-
r ordinat. Dn. Bocer. dicta theſi 18. & hactenus
onæ unâ cum judice numeratæ viginti
que, qui numerus quomodo poſtea
eſsivè incrementum acceperit & tandem
derit ultra quadragenarium, hiſtoricè
olixè commemorat Ciſner. ad ordina-
em, qui poteſt videri: *part. 1. fol. (m) 3. ſub*
á. Anzeig wie vnd mit wie vielen Richtern/ ꝛc.
Kayſerlich Cammergericht jederzeit beſetzt ſey.
edente uno ex Aſſeſſoribus vel aliàs ceſ-
e, judex Cameræ curat apud eum, qui de-
ntem præſentaverat, ut locus vacans
ntegretur, & quidem ſcripto ſtatui illi,
us præſentandi habet, præfigit ſex men-
itura præſentationi, *ordin. Cam. p. 1. tit. 4.*
auch. præſentandi autem ab illo duo vel
l. §. deßgleichen. *tit. 4. p. 1. ordin.* Non qua-

 tuor,

tuor, quinq; aut ſex, quod temporis lucrandi ergò vetitum Anno 1573. per Viſitatores. *Ciſner. ibid. fol. (m) 18.* §. dieweil. quæ examini judicis & Aſſeſſorum ſubjiciuntur omnes & poſteâ eligitur unus, qui maximè idoneus videtur. *ord. p. 1. t. 4.* §. auß denſelben. & quidem hîc gratificationi non erit locus, ut is, qui in poſitivo ſit præferri poſsit ei qui ſuperlativo modo reliquos ante eat, quod apparet ex ibi annotatis à Ciſnero. *fol. (m) 19. adde.* Examen autem potiſsimum conſiſtit in relatione quâdam ſuſcipienda novorum præſentatorum ſingulis, ut paſsim notatur qua præſtita refertur de qualitate in pleno Senatu. *Ciſner. dict. fol. 18* § dieweil *adde.* eodem relatum decretum Viſitatorum in Anno 1575 *fol. 67. & ſeq.* §. vnd damit *&* §. damit aber. *Denaiſ. tit. 12. 13. iuris Cameral. in verb. Aſſeſſor. Pruckman. conſil. 25. Gilhauſen. arbor. iudiciar. cap. 8. tr. 7.* Præfatis ſex menſibus elapſis, ſi vel omninò nulli, aut non idonei (quo tamen poſteriori caſu monitio fit ſecundâ vice:) Judex & Aſſeſſores ex officio eligunt de populo tamen circuli contumacis (ut alibi dictum) qui decedenti ſuccedat *Dn. Bocer. dict. diſputat. theſ. 19. dict. tit. 4.* §. auß denſelben. *in fin. &* §. vnd wo. *ſeq.* Quòd ſi etiam judex & Aſſeſſores in ſubrogando novo Aſſeſſore moras necterēt inexcuſabiles, Commiſſariorum & Viſitatorum eſt Reipublicæ hoc caſu proſpicere: id quod conſtitutum Anno 1557.

Ciſner.

Ciſner. addict. tit. 4. fol. (m) 21. §. gleichfals. Ex ſex circulis unus ſi de præſentatione rogandus, non ad omnes & ſingulos ſtatus ejus circuli, ſed ad deſignatos die außſchreibende Fürſten ſcribitur, in Franconico circulo videlicet monentur Epiſcopi Herbipolenſis & Eiſtetenſis cum Marggravio Onolsbacenſi: in Bavarico Archiepiſcopus Salisburgenſis & Dux Bavariæ, in Suevico circulo Auguſtanus Epiſcopus & Dux Wirtembergenſis; in circulo Rhenano Epiſcopus Argentinenſis, Abbas Fuldenſis & Dux Lotharingiæ, in Weſtphalico Epiſcopus Monaſterienſis & Dux Juliacenſis, denique in Saxonico circulo Archiepiſcopus Magdeburgenſis & Elector Saxoniæ: Ad evitandam autem diſcordiam præſentatio inter Principes Eccleſiaſticos & Seculares prænominatos per vices alternatur, conventionibus deſuper initis. *Dn. Bocer. dict. diſputat. theſ. 20. & ſeq.*

CAPUT OCTAVUM.

Summarium.

alarij diſpectio pertinet ad media conducendi Aſſeſſorium. num. 1.

ſſidere gratis an debeat noſter. n. 2.

a honor ſcientiæ habendus, ut non detrahantur ſcientibus neceſſaria. n. 3.

apiens de fructu oris vivet. n 4.

Ne hodie

Ne hodie locati actio eſt advocato ad ſalarium conſequendum. n. 5.
Salarium debetur Aſſeſſori. n. 6.
Salarium congruum eſſe debet. n. 7.
Solertes magis œconomi quàm boni viri ſunt qui non ex rei veritate ſalaria pendunt. n. 8.
Competens quare ſalarium deputabitur. n. 9.
Menochius de competentiâ benè locutus. n. 10.
Immodicum ſalarium abbreviatur. n. 11.
Salaria unde accipiant Aſſeſſores. n. 12.
Datorum iudicum ſalaria non promuntur ex publicis reditibus. n. 13.
Sed recipiunt Aſſeſſores ſi opus habent. n. 14.
Partium ſumptu. ibid.
Conſulere prudentes integrum iudici. n. 15.
Iudex non indigens capit Aſſeſſores ſumptu proprio. n. 16.
An immediatè Salariati fuerint Aſſeſſores ex publico, declaratur. n. 17.
Conciliatio præcedentium. n. 18.
Peſcennius Imp. non effecit, ut poſt ipſum ſalaria Aſſeſſoribus ex publico penderentur. n. 19.
Petitio ſalariorum. n. 20.
Conciliatio. l. 1. §. 5. & 8. cum l. 4. ff. de var. & extr. cognit. n. 21.
Salarium in iudicio feudali partes pendunt. n. 22.
Lex diem functo. 4. ff. de off. Aſſeſſ. attingitur. n. 23.
Mors Præſidis non deminuit deputatum annuum Aſſeſſori. n. 24.
Id præter rationem communem. n. 25.
Quænam autem. n. 26.

Vivus

s translatus Præſes an Aſſeſſori ſalarium deminuet. um. 27.

fin. l. 4. an accipiat interpretationem de ſucceſſore anſlati. n. 28.

rium in fine anni petitur. n. 29.

rium morientis Aſſeſſoris debetur heredibus eius. um. 30.

nodo probetur aſſertio. n. 31.

repetitione negata liceat arguere ad petitionis fa-ltatem. n. 32.

libus probatur veritas. n. 33.

latium viduitatis & orbitatis data è publico non ra-iunt creditores. num. 34.

D modum conſtituendi Aſſeſſorem omninò pertinet inſpectio de ſalario, ntumvis enim ad commoda & utilitates ſſuræ referri quoque poſſet, id tamen mi- proprié fieri arbitrarer, quia non tàm eſt eficium ſeu privilegium propriè, quod ore & induſtriâ parandum eſt, quàm quæ habemus conſequentia hujus muneris rè privilegiaria & gratuita de quibus ſuo o Deo dante videre licebit: Nunc ſala-m refero inter † media conſcribendi Aſ- 1
ores.

Expeditum eſt ſuprà aſſeſſuram non eſſe nus publicum, ut quis ad hoc cogi poſsit, voluntarium, jam eſto quod Aſſeſſor ve- operam ſuam commodare Reipublicæ, an vel

an pietatis vel honeſtatis intuitu id facere debeat gratis, † quæſtionis eſt, quod negant re-
2. ctè omnes qui de hac re ſcripſerunt. Nam quod Philoſophi contra ſuum objectum; quaſi rem numariam odiſſe, paupertatem rebus omnibus anteferre debeant, *ut l. in honoribus. 8 §. Philoſophis. ff. de muner. & honor.* unde perſuadendi ipſis argumentum, ut publicè doceant gratis, imò abjiciant numos ſi quos habeant. *ut per Senec. 19. epiſtol. 109. Laertium. 6. de cratete.* quod inquam Philoſophi rectè regerunt. adverſum egeſtatem ſi neceſſaria ſe conſtantiam habere, ſi voluntaria & ſponte acceſſita ſtultitiam ducere; quin Reipublicæ quæ rependere labores poſsit & meritò debeat, ingratitudinis committendæ occaſionem præripiendam, atque vel ob hanc cauſam non gratis ſerviendum eſſe licet opulentis, idem Juris ſtudioſi ſeu Aſſeſſores noſtri reſpondebunt his, qui ea de cauſa gratis adſidendum eſſe objectaverint, quia Civilis ſcientia ſeu Juriſprudentia res ſanctiſsima eſt, & quæ numario pretio non æſtimanda,
3. habitus quidem per illos ſcientiæ debitus † honos, ſed cujus ſacerdotes necatos velint:

At *Cicero* non minimus Juriſconſultorum; ipſum juſtiſsimum (*inquit*) eſt, juſtitiæ mercedem non quærere, relatus *à Paride de Pute. tract. Syndic. verb. Aſſeſſor. verſ. Poteſtas cum eſſet in princ.* Quin ipſe ſapientum ſapientiſsimus *Salomon in Pro-*

in Proverb. cap. 23. noli vendere Sapientiam, doctrinam & intelligentiam? Reſpondeo, hæc alio ſenſu proferri, quàm ab authoribus prolata ſunt. Nam qui vel minimum juſtitiæ actum pretio quantocumque æſtimari poſſe putaverit, eum vel minimam humani ſenſus particulam non habere in propatulo eſt: Sed
ita habendi ſunt ſapientes, † ut de fructu oris 4.
ipſorum venter repleatur, quemadmodum idem vir ſapiens *cap. 12. & 18.* præcepit, commodo illo, quod ob juſtitię labores percipitur non referendo ad penſationem boni operis, ſed ad neceſsitatem laborantis, quem utiq; impranſum paucos dies ſupereſſe non poſſe conſtat: unde noſtri ob ſalaria & honoraria Jureconſultorum actiones Locati conducti, vel mandati eſſe noluerunt, in his enim fit penſatio pecunię ad operas, ſed tamen extraordinario officio tam egregiam operam juriſprudentum deſtitutam eſſe ijdem noluerunt *ut l. 1. §. an & Philoſophi. 5. §. proinde. 6. §. in honorarijs. 10. ff. de extraordin. cognit.* ut malè mihi
poſt vetuſtiores *Sichard.* † *in l. un. C. de ſuffragijs.* 5.
hodie det actionem Locati advocato, qui publicum ſalarium non habet, & à parte exoratus eſt patrocinium. Cæterùm hac in re n Aſſeſſor ſalario gaudere debeat, latiùs ſimriam extendere non expedit, cum ob eos, ui non libenter ſalaria dant, fortè arripiens rationes dubitandi pro firmandis ſuę prę-

conceptæ

conceptæ opinionis verſutijs, tùm ob alte-
6. ram partem, † cui pridem ſatisfecit *Speculat. in §. ſalarium. h. tit. Paris de Put. tract. Syndic. verb. Aſſeſſor. verſ. poteſtas cum eſſet. Menoch. de arbitrar. caſ. 514. & qui loco communiſtarum videtur ditiſſimus Ruland. in tract. de Commiſſar. libr. 7. cap. 7. part. 1.* & nos concludimus, quod juſtitiâ exigente Aſſeſſori debeatur ſalarium *cum Mandell. in Rub. ff. h. t. num. 8. Iaſon in §. ſed iſtæ. num. 13. inſt. de action.* adeoque iniquum foret, quem ſuis ſumptibus ad hoc officium cogi. *gloſ. in cap. cum ab omni. 10 verb. nomine Aſſeſſorum de vit. & honeſt. Cleric. ubi multos textus allegat. Chaſſan. in Catal. glor. mundi. p. 7. conſider. 27. Menoch. Paris. dd. loc.*

Idque vel ſuadet reſpectus Aſſeſſoris ad Magiſtratum: nam de Magiſtratibus non dubium, quin ſemper habuerint ſalaria, *Paris de Pute. verb. Salarium per tot.* Aſſeſſor autem imperitum Magiſtratum informat, & facit, ut poſsit, quod poſſe debet, *ut per Chaſſan. in Catal. glor. p. 7. conſid. 27 verſ. & quoniam. Parid. tract. Syndic tit. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas. num. 22. Menoch. de arbitr. caſ. 253. princ. Coraſ. in rub. h. t. Morlani. ſæpe alleg. quæſt. 6. num. 3. Rosbach. hîc. num. 4. Decium: conſil. 8. num. 3. verſ. inventum.* quid ni igitur Aſſeſſori ſalarium injuſtè invidebitur? Certiſsimum indicium juſtitię neglectę in Provinciâ dixeris in quâ ſacerdotes ejus negliguntur.

7. Evici niſi fallor ſalarium † dandum Aſſeſſori, & hoc jure utimur hodiè ut non ſint ſine ſalarijs,

larijs, qui tribunalibus adſident eminentioribus, nunc nihil tàm monitu neceſſarium eſt, quàm hoc, ut exhibeatur Aſſeſſor condigno perſonæ, loco, tempori ſalario; in iſto nihil vel parum, in hoc apud paucos non peccari exiſtimo: niſi querelæ quæ paſsim audiuntur falſæ ſunt: non eximuntur vituperij notâ, qui ex copia Doctorum magis, quam vero laborum pretio rem æſtimant, apud quos nil niſi hoc auditur, tanti hodie parari poteſt ad hanc vel illam rem opera Doctoris, tanto ſalario annuo Doctor famelicus hodie contentus eſt, noxa ſi ultrà datur cuiquam! æconomi iſti † magis ſolertes, quàm boni viri ſunt: & niſi fallor, nulla re magis decipiuntur; nam, prout hodie pretio magis quàm verâ eruditione gradus facultatũ apud quoſdam proſtare dicuntur, & parabilis propterea videtur copia Doctorum, concesſerim quidem facilè talem vili fortè redemeris pretio: indoctum autem pro docto faciliùs apprehenderis: quamquam ô malum illud promotivum noxium viris doctis peræquè ac Reipublicæ, utinam Cæſarea authoritate compeſceretur: Noſter Magiſtratus, qui ad Aſſeſſoris aſſociationem eſt intentus, cogitet, non eſſe bonum Domino, fidelem operarium cum gemitu & iniqua laborum penſatione diſtineri, quod primum populi Dei martyrium fuiſſe libri originum docent, in

8.

Digitized by Google

neminem gravius, quàm in Dominum iniquum tandem expetens. 9. Competens † eſſe ſalarium vult *gl. noſtra in C. ſtatutum. verb. Aſſeſſorem. verb. Competenti & ibi Philip. Franc. de reſcript. in 6. tex. & gl. in l. 1. C. de Aſſeſſor.* quo nomine laudantur diverſi Principes *à Menoch. dict. caſ. 514. qui ibidem notanter dicit. num. 3. 4. & 13.* incongruum & nullum ſalarium habere, à pari procedere, & peccare dicit *Speculator. §. ſalarium. 5. h. t.* Magiſtratum, qui hac in re retineat, innuens multa alia eſſe, in quibus tenacitatem laudabilius exercerent, quàm in his, quæ promovendæ juſtitiæ eſſent.

Competens autem Salarium eſſe debet reſpectu perſonæ, loci, temporis, annonæ, &c. *Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 254.* Nam olim annona multò erat vilior, duplo vel triplo, quàm hodiè eſt, & tamen videmus, ſalaria nihilo eſſe altiora, imò nonnullis in locis decreſcere viderentur, niſi pudor caperet homines. Præclarè *Menoch. in arbitr. iud. quæſt. dict. caſ. 514.* non convenit (*inquit*) & juri æquitatique conſentaneum, eſt ut idem noſtra hac parum fe-
10 lici † ætate pendatur ſalarium, quod triginta vel quadraginta ac plus annis præſtabatur, cùm olim annona eſſet valdè vilior hoc tempore, domus multò minori conducebantur pretio, ſervorum ancillarumque mercedes & ſalaria viliora veſtium impenſa valdè tenuior, hæc *Menoch. n. 10.* pergit autem *num. 11.*

non

non minùs notanter, eſt etiam, *ait*, quod Princeps rationem habeat, ut Judices & Magiſtratus, qui ei inſerviunt quotannis ſummam aliquam in arca reponant, quâ vel ſuæ ſenectuti vel poſteritati conſulant: nullus enim eſt tàm vilis mercenarius, diætim operas ſuas locans, qui præter id, quod in ſe alendo impendit, nolit etiam mercedis partem ſupereſſe, quòd rectè ſtatuit Juſtinianus noſter *in L. per hanc. §. ſexcenti aurei. C. de advocat. diverſ. iudic.* dum de advocatorum diverſorum judicum, ac etiam fiſci ſalario agit, ita ſanciens: ſexcenti autem aurei, quibus pro tempore fiſci patronis fori tuæ Celſitudinis. ad exemplum priorum temporum, ex arca tui judicij conſulatur, ne poſt decurſum celerem advocationis & labores glorioſos egeni exeant; bonum dictum laudatiſsimi Principis, ſed quod hodiè parum ſervatur.

Vidimus quid opus in Salarijs nimium tenuibus, ut ad æquitatem reducantur congruo augmento addito: Sed quod rarius accidit, ubi ſalarium eſt nimio magnum, † decurtandum eſt vice versà à Magiſtratibus. 11.
gl. in d. c. ſtatutum, §. notarium. verb. officium etiam delegatus. ibidemque Philipp. Franc. de reſcript. in 6. Schneidevu. in §. tripli. nu. 5. inſt. de action. nam aliquando complent plura folia, ſaltem ut lucrentur impenſiùs *poſt Zaſium Schneide. dict. loc. Menoch. dict. caſ. 514. n. 7. & ſeq.* ubi dicit mortali-

ter peccari per officiales omnes, qui plus accipiunt, quàm æquitatis ratione poſſunt vel debent, ergò importunitatem ipſorum meritò reprimendam autumat, ſi immoderatè exigant. *Speculator. hoc tit. de Aſſeſſor. §. ſalarium. 5.* & in univerſum ſuperiori Magiſtratui qui cum Imperio eſt providendum incumbit, ut judices dati & inferiores in ſportulis & ſimilibus exactionibus modum teneant, ne partes contra æquitatem graventur. *gl. in c. cum ab omni. 10. verb. præter expenſas. de vit. & honeſt. Cleric. Schneide. & alij in d. § tripli. n. 4. & ſeqq. inſt. de action.* Sed non utique ſalario carebit Aſſeſſor noſter ſi partes venerint in concordiam & definitivam non expectaverint, ut omnibus convenit. *Speculat. d. §. ſalarium. 5. Philip. Franc. in d. cap. ſtatutum. § Aſſeſſor. de reſcript. in 6. nu. 8. Morla. ſæpè dicta part. quæſt. 28. n. 14.*

12. ¶ Unde habeant Aſſeſſores ſua ſalaria † poſt præcedentia nunc abſolvendum eſt? & diſtinguitur, aut ſunt Aſſeſſores ordinariorum judicum, & habent ſalaria ex publico ſeu à Republica *L. 4. ubi gl. & Dd. creberrimè. ff. de offic. Aſſeſſor. L. 1. 2. l. velut. 7. l. in Conſiliarijs. 10. l. non minùs. 11. & l. ſequent. L. ultim. §. nec ſit conceſſum. C. de Aſſeſſor. & domeſt. Novell. 17. c. 5. §. feſtinabu. ibi quæ à fiſco dantur.* idque non ſolum de jure Civili verum eſt, ſed etiam de jure Canonico. *Mandell. in rub. ff. hoc tit. nu. 8.* ubi id probat contra *Curtium* id negantem, cui conſentit *Paris de*

Puteo.

Puteo. tract. Syndic. verb. Aſſeſſor. verſic. an poteſtas. n. 23. Quin etiam hodiè ordinarij tenentur Aſſeſſoribus de Salario ex publicis reditibus proſpicere. *Roſenthal. de feudis. cap. 12. concluſ. 9. lit. c. poſt Schrader. dict. tract. part. 10. ſection. 13. n. 22. ubi communem dicit.*

Dati autem judices ut & delegati † aſſume- 13.
re Aſſeſſores nequeunt publico ſalario, niſi à
Principe ſint dati. *Novell. 60. c. 2. ubi Cuiac. per l. à
iudice. 5. C. de iudic. & Novell. 82. in princip. ibique
itidem Cuiac. Donell. libr. 18. Commentar. cap. 2. pag.
112. in princip. & pagin 115. lin. 36. & ſeqq. Dn. Bocer.
Claß. 6. diſp. 3. theſ. 4. lit.* C. quod diverſum in
delegato Papæ, nam is hac in parte Impera-
torem æmulari non putavit. *dict. cap. ſtatutum.
§. Aſſeſſorem. ubi Phil. Franc. poſt gl. de reſcript. in 6.
Rosbach. hoc tit.* Ergò delegatus Pontificis &
cujuslibet alterius Magiſtratus regulariter
Aſſeſſorem non capit ſub publico ſalario, ſed
ſi velit Aſſeſſoris adjumento uti, diſtinguitur
aut opus habet † Aſſeſſore, putà ſi eſt igna- 14.
rus. *Paris de Puteo. tract. Syndic. verb. Aſſeſſor. verſ. an
poteſtas. n. 23.* vel cauſæ impar, vel non liquet
ipſi. *gl. in d. §. Aſſeſſorem.* quod conſcientiæ ejus
committitur an opus habeat. *dict. cap. ſtatutum.
§. Aſſeſſorem de reſcript. in 6. ubi gloſ. & latè Philipp.
Franc. ad finem.* & tum recipit Aſſeſſorem vel
Aſſeſſores non quidem ſumptu publico, ſed
partium litigantium. *Chilian König in proceſſ. cap.
23. num. 2. Canoniſtæ in ſæpè allegat. §. Aſſeſſorem. Afin.*

in prax. §. 25. cap. 29. num. 1. Nam regula eſt univerſalis, quæcunque geruntur in utilitatem utriuſque partis, ea communibus expenſis ſunt conficienda. *Gail. lib. 1. pract. obſerv. 99. n. 10.* & hic partes non relevantur ſi judex proprio motu Aſſeſſores duxerit vocandos cū à neutro petitum. *Schrader. tract. feudal. part. 10. ſect. 14. num. 82.* Sed hoc caſu notabile eſt pro partibus, quando judex Aſſeſſoris adſiſtentiâ vel etiam plurium uſus eſſet per proceſſum ſumptu ſuo, ſi poſtea velit ſuper definitiva vel etiam gravi interlocutoriâ conſulere apud alios juriſperitos, quod partes hunc poſteriorem ſumptum licitè detrectare poſsint. *Schrader. dict. ſect. 14. n. 83.* addens rationem, ne duplici ſumptu graventur,

Aliâs tralatitium hoc eſt, quod dicitur de advocatione Aſſeſſoris per judicem delegatum caſu quo cauſæ impar, ab ea judiciorum obſervatione quâ paſsim judices in cauſis gravioribus, quando ipſis non liquet, con-
15. ſulunt juriſprudentes† vel ſingulos vel etiam integra Collegia facultatum. *Schrader. dict. tractat. ſection. 14. n. 81. Dn. Bocer. dict. Claſſ. 6. diſput. 3. theſ. 6. & ſeqq. de quo latè Speculator. in tit. de Requiſitione Conſilij: & Aſinius in praxi toto §. 25. per multa capita.* ſumptibus inquam partium, *Roſenthal dict. cap. 12. concluſ. 9. n. 15. Vantius de nullitat. ex defect. iuriſd. ordinar. num. 146. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæſt. 23.* Communibus, niſi una pars ſola

ſola petijſſet, tùm enim petentis ſumptu Conſultor vel Aſſeſſor aſſumitur. *Schrader. dict. loc. n. 84. Aſin. dict. cap. 29. § 25. poſt Speculatorem & alios. Chaſſanæ. in conſuetud. Burgund. Rubric. 4. Des droict appar. à gens mariez. §. 7. le mary aula. nu. 36. & ſeq.*

Si verò judex non opus habeat Aſſeſſore † ex proprio marſupio jubetur eum ſolvere, quem adſociandum ſibi duxit pro placito ſuo ſine neceſsitate. *poſt Speculat. dict. §. ſalarium. Bald. in authen. ad hæc. num. 2. C. de iudic. Paris. dict. verb. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas n. 23. in tract. Syndicat. Dn. Bocer. dict. loc. theſ. 5.* Sed quoniam omnes avari præſumuntur. ut per *Maſcard. de probat. vol. 1. in verb. avarus.* non præſumitur Judex judicaſſe cum Aſſeſſore, ſed ſolus ubi hoc non conſtat. *Decius conſil. 8. n. 4.* 16

In Salarijs præbitorum ſalariorum † ex publico vel Reipublicæ nomine hæret dubitatio, an Aſſeſſores ſalaria ſua acceperint immediatè à Rationalibus Magiſtratibus Provinciarum, an verò non ab his, ſed ab ipſis Præſidibus vel Proconſulibus & ſic ex publico mediatè? *Donellus 18. Commentar. 2. pagin. 117. Vmmius. num. 14. Paris de Puteo. d. tract. Syndicatus putant*, non immediatè ex publico, ſed ex manibus magiſtratuum aſſeſſores ſalariatos, Paris *dict. loc. verb. Aſſeſſor. verſ. poteſtas cum eſſet. n. 5. ibi Aſſeſſor debet.* dicit, Præſidem habuiſſe ex publico pro ſe & Aſſeſſore, Aſſeſſorem verò 17

Digitized by Google

poſt ab ipſo Præſide, quibus ſuffragari videtur *l. diem functo.4. ff. de offic. Aſſeſ. & l. 1. C. de Aſſeſſor. & domeſt.* Alijs autem diverſum placet exiſtimantibus Rationales Provinciarum Magiſtratus immediatè præbuiſſe ſalaria Aſſeſſoribus de annonis publicis, id vel vocis ratione ſuadente, quâ ſalaria dicuntur Aſſeſſoribus competere, non mercedes: jam ſalaria ſunt ex annona & panibus publicis reditus anniverſarij *Alciat. lib. 8 Parerg. cap. 5.* præcipuè autem hanc ſententiam ſuadere videtur *L. un. C. de annon. & capit.* ubi Aſſeſſores diſertè ponuntur inter eos, qui de publica annnona & capitatione ſalaria expectant. *& l. un. C. de præbend. Salarijs. lib. 10.* ubi qui publicè ſalarium habent, id percipiunt juſſu Principis, ſcilicet directo ad Rationales & eos, qui pecuniæ & redituum publicorum curam geſſerunt. *vide Alciat. 4. diſpunct. 20.* Accedit locus *Spartiani in vita Peſcennij Nigri Imp.* quem refert noluiſſe ab judice aut dari aut accipi ſalaria. *Coraſ. ad dict. l. diem functo. 4. n. 3. ff. de offic. Aſſeſſor. Menoch. de arbitrar. iud. quæſt Centur. 6. caſu 514. n. 2.* in qua lege plerique legunt præſtitutum non præſtitum. *Coraſ. dict. loc. Alciati notæ ad gloſ. ibid.*

18. Pro conſonantiâ harum † notionum advertendum eſt ad temporum diſcrimina: Nam poſtquam Imperator Alexander Severus (*teſte Lampridio in vitâ*) conſtituit Aſſeſſoribus ſalaria de publico, & conſtituit quidem

pro

pro ipſis, ut in Commentarium Principis referrentur. *L. abeſſe. 32. ff. ex quib. cauſis maior.* quæ lex eſt Modeſtini Jureconſulti, qui ad tempora Gordiani Imp. uſque pervenit, ut apparet *ex L: ad exhibendum. 5. C. ad exhibend.* & ſic poſt Imper. Alexandri ordinationem id primum cæpit, ut ex publico immediatè ſalaria perciperent, Aſſeſſores cujus rei veſtigium quoque eſt *in L. adminiſtrantes. 41. §. eorum. 2. ff. de excuſat. tutor,* ubi dicitur, eorum, qui Reipublicæ cauſa abſunt Comites, qui ſunt intra ſtatutum numerum, de tutela, &c. excuſantur, quæ lex eſt Hermogeniani, qui tempora Diocletiani attigit:

Quod non æquè obſervatum fuit ante tempora Alexandri Severi Imperatoris: Nam hinc eſt, quòd *in L. Divus Antoninus. 4. ff. de var. & extraord. cognit.* petitio ſalarij eſt à Magiſtratu Provinciali, ſcilicet, hæc lex eſt Pauli Jureconſulti qui ſub Imper. Caracallâ ſcripſit, & quòd *in l. 1. §. ſed & ſi Comites. 8. ff. eod. tit. itemque in l. ſed addes. 19. §. fin. ff. Locati conducti.* quæ utraque Ulpiani eſt, Caracallam eundem Imp. videntis, eadem petitio extraordinaria adverſus Magiſtratum prodita eſt. Quoniam hi Jureconſulti tanquam anteriores ignoraverunt conſtitutionem Severi poſtea inſecutam: Ergò etiam dicta *L. diem functo. 4. ff. de officio Aſſeſſor.* ut quæ Papiniani eſt ſublati per eundem Tyrannum, non potuit non facere mentionem

ſalarij expectandi à Legato Cæſaris: prout antehos omnes Divus Antoninus prius hujus extraordinariæ actionis author fuiſſe perhibetur. *in dict. l. 4 ff. de var. & extraord. cognit.*

19. Quæ Collatio nunc illud quoque † affert per Imp. Peſcennium Nigrum, quod in ipſo Spartianus laudat, magis exordium & mentionem factam ſalariorum ut Comites ea haberent ex publico, quàm ut revera percepiſſent; nam ipſe dixit quidem, judicem neq; dare neque accipere debere, & tamen poſt eum Imp. dediſſe cõſtat ex antè dictis: Ergò quod mutare cogitavit Peſcennius non antè plenum ſortitum effectum eſt, quàm ſuperveniret Alexandri Severi clementia. Hæc ſolidè, ut mihi videtur, enucleavit *Petr. Burgius, 1. Elector. cap. 9.* qui mihi minimè reticendus erat.

20. Ex quibus hactenus dictis † nunc facilè elici poteſt, quomodo hodie ſalariorum petitio ſit Aſſeſſoribus? Et ſanè ſi de publico conſtituta, ut conſtitui ſolent ordinarijs omnibus & conſtitui æquum eſt, nam quod Principes, Comites & Status Imperij juſtitiam adminiſtrant id fit intuitu fructuum Juriſdictionis & ea propter ſine onere ſubditorum ulteriori, ut qui aliâs ſatis dependunt in publicum, non eſt neceſſe quæri de genere actionis, ſicut nec olim ulterius quæſitum eſt, poſtquam in Commentarios Principum referrentur:

Reliqui

Reliqui verò Aſſeſſores, qui etiam hodie conductionis temporariæ modo advocantur, eandem habent implorationem officij judicis extraordinariam, quam olim habebant. *ut dict. l. 1. §. 8. l. 4. ff. de var. & extraord. cognit. l. diem ubi Dd. ff. de offic. Aſſeſſ. l. ſed addes. 19. §. fin. l. qui operas 38. in fin. cum l. ſeq. ff. Locati conducti.* ubi incidenter monendum eſt, quid ſit, quod † 21. *in dict. l. 1. §. proinde. 5. & §. ſed & ſi. 8. ff. de var. & extraord. cognit.* negatur extraordinem jus dici Aſſeſſoribus ſeu Comitibus, ut qui gratis ſervire debeant tanquam ſanctiſsimæ ſcientiæ Sacerdotes: cujus tamen contrarium deinde *in dict. l. 4. ff. eod. tit.* aſſeri videtur an hæc *lex 4.* correctoria eſt antecedentium? quod placet *Cuiac. lib 8. obſervat. cap. 25.* mihi differre hi textus & invicem non tollere videntur, Comites ſcilicet ratione partium litigantium non habent ſalarij petitionem, at benè ratione Magiſtratuum, hoc reſpectu loqui *dict. leg. 1.* ſuadent exempla ibidem ſubjecta de Profeſſoribus Juris, Philoſophis, &c. Vide tamen aliter reſolventem *Donell. 18. Comment. 2. pag. 118. Vmmium. n. 14. & gloſſ. in dict. l. 4. ff. de var. & extraord. cog.*

Sed in judicio feudali reſtat † videamus à 22. quo petat ſalarium Aſſeſſor? verius eſt non à judice ſed à parte petendum *Roſenthal. dict. ca. 12. concluſ. 9.* & ante ipſum *Schrader. dict. p. 10. ſect. 13. n. 21. & ſequenti.* A quo me non abſtrahit conſideratio

conſideratio contraria apud Schraderum *ibid. n. 22.* relata, quòd videlicet feudales ſunt ordinarij judices, & verò ordinarijs incumbit onus ſalariandi regulariter. *ut per Henric. Boich. in c. cum ab omni. 10. per illum tex. de vita & honeſt. Cler. num. 10.* Nam reſpondetur, bellè diſtingui inter ordinarios Specialium Cauſarum, quales ſunt feudales judices, hi quidem ratione Juriſdictionis in feudorum cauſis ſunt ordinarij. ſed propter raritatem cauſarum delegatis judicibus ſimiliores: Notum quippe eſt, publicos reditus & conſequenter ſalaria miniſtrorum hauriri ex fructibus juriſdictionalibus, ſubditorum ſcilicet collationibus: hæ ceſſant intuitu feudalis judicij, nam & judex & pares poſſunt eſſe ſine aliâ juriſdictione & ſine territorio. Schrader. ad longum *dict. part. 10. ſection. 1.* Si autem ſunt maximè cum territorio, certè intuitu litigiorum feudalium nihil contribuitur ipſis plus, quàm ſi feuda non eſſent.

Nunc occaſione hâc, quando de ſalario Aſſeſſorum ſeu Comitũ ſoliciti ſumus, com-
23. modè ſubjiciẽda eſt reſolutio legis † *diem functo 4. ff. de offic. Aſſeſ.* quæ ingenia interpretum noſtrorum inde uſque ab Accurſio variè torſit, fateor equidem magis propriè hunc tractatum ad privilegia Aſſeſſoris pertinere, ſed qui propter continentiam cauſæ hîc expediendus venit: ubi prima facienda eſt con-

clusio:

Digitized by Google

cluſio: l. quòd mortuo legato Cæſaris, qui non alius, quam Præſes Provinciæ, à mittente ſic dictus cùm poſt diviſionem Provinciarum Proconſulatus ad Senatum Romanum conſtituendus pertineret. *Weſenbec. in π. ff. de offic. Præſidis*, mortuo, inquam legato Cæſaris ante tempus miſsionis ſuæ finitum, pone annuum, ut plerumque erat, nam poterat etiam eſſe longius vel brevius. *vide Petr. Burg. ſuprà allegato loco fol. 18.* Salarium reſidui temporis, quod poſt † mortem reliquum eſſet, Comiti 24.
bus ejus ſive Aſſeſſoribus debebatur integrum, quaſi continuò Legatus ſive Præſes vixiſſet, & operâ ipſorum uſus eſſet. *dict. l. diem. 4. ff. de offic. Aſſeſſor.* quod axioma ut minus dubium nec controverſum communi conſenſu recipêre *ibid. interpretes fere omnes. Coraſ. n. 3. & ante ipſum Br. Caſtrenſ. Iaſon. Dec. alij ibid. Ripa tract. de peſte. tit. de Privileg. Contract. nu. 111. Morla. Empor. Iuris. part. 1. tit. 2. de iuriſdict. omn. iud. quaſt. 28.* quod idem Papiniani effatum ferè totidem verbis inſertum eſt *tit. ff. Locati conducti. l. ſed addes. 19. §. fin. (vel ut alij malunt l. 22.) ff. eod.* & habent rationem non communem ſed peculiarē. Nam ſi is, qui operas † ſuas locavit, eaſdem 25.
non præſtet licet caſu fortuito interveniente prohibitus, non petit promiſſam invicem mercedem ut eſt clarus textus *in l. ex conducto. 15. §. item cum quidam. 6. ff. Locati*: nam conductor operarum hominis, cenſetur promiſiſse

mercedem

mercedem ob cauſam, quâ non impletâ etiam caſu id impediente, retinet ſuot numos, quos in contrariam conditionem nunquam cenſetur promiſiſſe, ut faciunt inſuper *text. l. fin. ubi Dd. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec. l. naturalis. 5. §. at cum do. ff de præſcript. verb. L. fin. C. de condict. cauſ. dat. Sichard. in l. pen. C. eod. tit.* & in terminis noſtris ſic firmat regulam data ſuprà dicta exceptione *Duennas. regul. 63. cum quo tranſeunt Gail. lib. 1. obſerv. 44. n. 12. Lauren. Kirchov. Centur. 5. commun. opin. concluſ. 85. Sebaſt. Medic. tractat. Mors omnia ſolvit. part. 3. n. 25. Cephal. Conſil. 70. & 71. lib. 1.* facit, quod locatio facta artifici eo mortuo non tranſit ad hæredes *Vincent. Carot. tract. Locat. cond. p. 2. titul. de heredibus. num. 11. fol.* (*m*) *150.*

26. Quænam autem illius antè dati † axiomatis peculiaris ratio? Primam eſſe puto, quòd Comites, tanquam qui ex aliena Provincia neceſſariò ducendi ſunt, ut alibi dictum, ſummâ iniquitate accenſerentur alijs operarijs & factorum pollicitatoribus; qui etiam vix inveniendi fuiſſent, niſi hâc ſpe muniti fore, ut quantumvis obeunte Magiſtratu, nihil de ſalario ipſorum decedat. Illa ratio magis ex conſequenti eſt, quàm quod Legumlatores moviſſe poſsit, qua dicitur videri quaſi unam ſtipulationem totius anni ſalarium. *ut per Gail. & quos allegat. dict. loco.* ita quidem videmus ex poſt facto conjunctionem eſſe temporis,

temporis, ſed ob id maximè quæritur unde hæc continentia ſit. Deinde datum eſt hoc privilegium laboribus hujuſmodi nobilioribus, ut ſunt Juris ſtudioſorum, Comitum & Aſſeſſorum. *Rauchbar. lib. 1. quæſtion. Iur. q. 25. num. 17. per l. 1. in princ. ff. ſi menſor. falſ. mod. dix. l. 1. §. proinde. 5. verſ. dum in iudicio honor petitur. §. in honorarijs. 10. §. ſi cui cautum. 12. ff. de var. & extraord. cognit. L. ſi quis. C. de poſtuland. l. ſi renumerandi. 6. in pr. ff. mandat.* & ſi qui ſunt ſimiles ut Advocatorum, Profeſſorum, &c. Non idem erit in ignobilioribus puta famulorum domeſticorum, mercenariorum mechanicorum. *per tex. in l. Seio. 16. in princip ibi, cum tam labor quàm pecunia diviſionem reciperent. ff. de annu. legat. l. deſertorem. 3 §. ſed ſi ex improviſo. 12. ff. de re militar. l. iubemus. 16. C. de erogat. militar. annon. libr. 12.* à quibus milites non excipiuntur. *l. his Scholaribus. 14. C. eod. tit. Rauchbar. dict. quæſt. 25. nu. 18.* in quo labi videtur. *Donell. dict. lib. 18. Comment. 2. fol. 119.* qui hanc rem regulis communibus locationum tribuit.

Secundum axioma † à præcedenti erit ex dicta *L. diem functo. verſ. diverſum*: Si Magiſtratus puta Præſes Provinciæ vel Legatus Cæſaris ante finem anni, non moritur, ſed aliâs vivus diſcedit ex Provincia, non habebit ſalarium ultrà, quàm duraverit Præſidatus ejus, qui ipſum in Provinciam duxit. *dict. verſic. diverſum.* nec diſtinguo an ex culpâ ſortiatur Pręſes ſucceſſorem, 27.

in prax. §. 25. cap. 29. num. 1. Nam regula eſt univerſalis, quæcunque geruntur in utilitatem utriuſque partis, ea communibus expenſis ſunt conficienda, *Gail. lib. 1. pract. obſerv. 99. n. 10.* & hic partes non relevantur ſi judex proprio motu Aſſeſſores duxerit vocandos cũ à neutro petitum. *Schrader. tract. feudal. part. 10. ſect. 14. num. 82.* Sed hoc caſu notabile eſt pro partibus, quando judex Aſſeſſoris adſiſtentiâ vel etiam plurium uſus eſſet per proceſſum ſumptu ſuo, ſi poſtea velit ſuper definitiva vel etiam gravi interlocutoriâ conſulere apud alios juriſperitos, quod partes hunc poſteriorem ſumptum licitè detrectare poſsint. *Schrader. dict. ſect. 14. n. 83.* addens rationem, ne duplici ſumptu graventur.

Aliâs tralatitium hoc eſt, quod dicitur de advocatione Aſſeſſoris per judicem delegatum caſu quo cauſæ impar, ab ea judiciorum obſervatione quâ paſsim judices in cauſis gravioribus, quando ipſis non liquet, con-
15. ſulunt juriſprudentes† vel ſingulos vel etiam integra Collegia facultatum. *Schrader. dict. tractat. ſection. 14. n. 81. Dn. Bocer. dict. Claſſ. 6. diſput. 3. theſ. 6. & ſeqq. de quo latè Speculator. in tit. de Requiſitione Conſilij; & Aſinius in praxi toto §. 25. per multa capita.* ſumptibus inquam partium, *Roſenthal. dict. cap. 12. concluſ. 9. n. 15. Vantius de nullitat. ex defect. iuriſd. ordinar. num. 146. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quaſt. 23.* Communibus, niſi una pars ſola

ſola petijſſet, tùm enim petentis ſumptu Conſultor vel Aſſeſſor aſſumitur. *Schrader. dict. loc. n. 84. Afin. dict. cap. 29. § 25. poſt Speculatorem & alios. Chaſſana. in conſuetud. Burgund. Rubric. 4. Des droict appar. à gens mariez. §. 7. le mary aula. nu. 36. & ſeq.*

Si verò judex non opus habeat Aſſeſſore † 16. ex proprio marſupio jubetur eum ſolvere, quem adſociandum ſibi duxit pro placito ſuo ſine neceſsitate. *poſt Speculat. dict. §. ſalarium. Bald. in authen. ad hac. num. 2. C. de iudic. Paris. dict. verb. Aſſeſſor. verſ. an poteſtas. n. 23. in tract. Syndicat. Dn. Bocer. dict. loc. theſ. 5.* Sed quoniam omnes avari præſumuntur. ut per *Maſcard. de probat. vol. 1. in verb. avarus.* non præſumitur Judex judicaſſe cum Aſſeſſore, ſed ſolus ubi hoc non conſtat. *Decius conſil. 8. n. 4.*

In Salarijs præbitorum ſalariorum † ex 17. publico vel Reipublicæ nomine hæret dubitatio, an Aſſeſſores ſalaria ſua acceperint immediatè à Rationalibus Magiſtratibus Provinciarum, an verò non ab his, ſed ab ipſis Præſidibus vel Proconſulibus & ſic ex publico mediatè? *Donellus 18. Commentar. 2. pagin. 117. Vmmius. num. 14. Paris de Puteo. d. tract. Syndicatus putant*, non immediatè ex publico, ſed ex manibus magiſtratuum aſſeſſores ſalariatos, Paris *dict. loc. verb. Aſſeſſor. verſ. poteſtas cum eſſet. n. 5. ibi Aſſeſſor debet.* dicit, Præſidem habuiſſe ex publico pro ſe & Aſſeſſore, Aſſeſſorem verò

Digitized by Google

poſt ab ipſo Præſide, quibus ſuffragari videtur *l. diem functo.4. ff. de offic. Aſſeſ. & l. 1. C. de Aſſeſſor. & domeſt.* Alijs autem diverſum placet exiſtimantibus Rationales Provinciarum Magiſtratus immediatè præbuiſſe ſalaria Aſſeſſoribus de annonis publicis, id vel vocis ratione ſuadente, quâ ſalaria dicuntur Aſſeſſoribus competere, non mercedes: jam ſalaria ſunt ex annona & panibus publicis reditus anniverſarij *Alciat. lib. 1 Parerg. cap. 5.* præcipuè autem hanc ſententiam ſuadere videtur *L. un. C. de annon. & capit.* ubi Aſſeſſores diſertè ponuntur inter eos, qui de publica annnona & capitatione ſalaria expectant. *& l. un. C. de præbend. Salarijs. lib. 10.* ubi qui publicè ſalarium habent, id percipiunt juſſu Principis, ſcilicet directo ad Rationales & eos, qui pecuniæ & redituum publicorum curam geſſerunt. *vide Alciat. 4. diſpunct. 20.* Accedit locus *Spartiani in vita Peſcennij Nigri Imp.* quem refert noluiſſe ab judice aut dari aut accipi ſalaria. *Coraſ. ad dict. l. diem functo. 4. n. 3. ff. de offic. Aſſeſſor. Menoch. de arbitrar. iud. quæſt. Centur. 6. caſu 514. n. 2.* in qua lege plerique legunt præſtitutum non præſtitum. *Coraſ. dict. loc. Alciati notæ ad gloſ. ibid.*

18. Pro conſonantiâ harum † notionum advertendum eſt ad temporum diſcrimina: Nam poſtquam Imperator Alexander Severus (*teſte Lampridio in vitâ*) conſtituit Aſſeſſoribus ſalaria de publico, & conſtituit quidem

pro

pro ipſis, ut in Commentarium Principis referrentur. *L. abeſſe. 32. ff. ex quib. cauſis maior.* quæ lex eſt Modeſtini Jureconſulti, qui ad tempora Gordiani Imp. uſque pervenit, ut apparet *ex L. ad exhibendum. 5. C. ad exhibend.* & ſic poſt Imper. Alexandri ordinationem id primum cæpit, ut ex publico immediatè ſalaria perciperent, Aſſeſſores cujus rei veſtigium quoque eſt *in L. adminiſtrantes. 41. §. eorum. 2. ff. de excuſat. tutor*, ubi dicitur, eorum, qui Reipublicæ cauſa abſunt Comites, qui ſunt intra ſtatutum numerum, de tutela, &c excuſantur, quæ lex eſt Hermogeniani, qui tempora Diocletiani attigit:

Quod non æquè obſervatum fuit ante tempora Alexandri Severi Imperatoris: Nam hinc eſt, quòd *in L. Divus Antoninus. 4. ff. de var. & extraord. cognit.* petitio ſalarij eſt à Magiſtratu Provinciali, ſcilicet, hæc lex eſt Pauli Jureconſulti qui ſub Imper. Caracallâ ſcripſit, & quòd *in l. 1. §. ſed & ſi Comites. 8. ff. eod. tit.* *itemque in l. ſed addes. 19. §. fin. ff. Locati conducti.* quæ utraque Ulpiani eſt, Caracallam eundem Imp. videntis, eadem petitio extraordinaria adverſus Magiſtratum prodita eſt. Quoniam hi Jureconſulti tanquam anteriores ignoraverunt conſtitutionem Severi poſtea inſecutam: Ergò etiam dicta *L. diem functo. 4. ff. de officio Aſſeſſor.* ut quæ Papiniani eſt ſublati per eundem Tyrannum, non potuit non facere mentionem

Digitized by Google

ſalarij expectandi à Legato Cæſaris: prout ante hos omnes Divus Antoninus prius hujus extraordinariæ actionis author fuiſſe perhibetur. *in dict. l. 4 ff. de var. & extraord. cognit.*

19. Quæ Collatio nunc illud quoque † affert per Imp. Peſcennium Nigrum, quod in ipſo Spartianus laudat, magis exordium & mentionem factam ſalariorum ut Comites ea haberent ex publico, quàm ut revera percepiſſent; nam ipſe dixit quidem, judicem neq; dare neque accipere debere, & tamen poſt eum Imp. dediſſe cõſtat ex antè dictis: Ergò quod mutare cogitavit Peſcennius non antè plenum ſortitum effectum eſt, quàm ſuperveniret Alexandri Severi clementia. Hæc ſolidè, ut mihi videtur, enucleavit *Petr. Burgius, 1. Elector. cap. 9.* qui mihi minimè reticendus erat.

20. Ex quibus hactenus dictis † nunc facilè elici poteſt, quomodo hodie ſalariorum petitio ſit Aſſeſſoribus? Et ſanè ſi de publico conſtituta, ut conſtitui ſolent ordinarijs omnibus & conſtitui æquum eſt, nam quod Principes, Comites & Status Imperij juſtitiam adminiſtrant id fit intuitu fructuum Juriſdictionis & ea propter ſine onere ſubditorum ulteriori, ut qui aliâs ſatis dependunt in publicum, non eſt neceſſe quæri de genere actionis, ſicut nec olim ulterius quæſitum eſt, poſtquam in Commentarios Principum referrentur:

Reliqui

Digitized by Google

Reliqui verò Aſſeſſores, qui etiam hodie conductionis temporariæ modo advocantur, eandem habent implorationem officij judicis extraordinariam, quam olim habebant. *ut dict. l. 1. §. 8. l. 4. ff. de var. & extraord. cognit. l. diem ubi Dd. ff. de offic. Aſſeſſ. l. ſed addes. 19. § fin. l. qui operas 38. in fin. cum l. ſeq. ff. Locati conducti.* ubi incidenter monendum eſt, quid ſit, quod † 21. *in dict. l. 1. §. proinde. 5. & §. ſed & ſi. 8. ff. de var. & extraord. cognit.* negatur extraordinem jus dici Aſſeſſoribus ſeu Comitibus, ut qui gratis ſervire debeant tanquam ſanctiſsimæ ſcientiæ Sacerdotes: cujus tamen contrarium deinde *in dict. l. 4. ff. eod. tit.* aſſeri videtur an hæc *lex 4.* correctoria eſt antecedentium? quod placet *Cuiac. lib 8. obſervat. cap. 25.* mihi differre hi textus & invicem non tollere videntur, Comites ſcilicet ratione partium litigantium non habent ſalarij petitionem, at benè ratione Magiſtratuum, hoc reſpectu loqui *dict. leg. 1.* ſuadent exempla ibidem ſubjecta de Profeſſoribus Juris, Philoſophis, &c. Vide tamen aliter reſolventem *Donell. 18. Comment. 2. pag. 118. Vmmium. n. 14. & gloſſ. in dict. l. 4. ff. de var. & extraord. cog.*

Sed in judicio feudali reſtat † videamus à 22. quo petat ſalarium Aſſeſſor? verius eſt non à judice ſed à parte petendum *Roſenthal. dict. ca. 12. concluſ. 9.* & ante ipſum *Schrader. dict. p. 10. ſect. 13. n. 21. & ſequenti.* A quo me non abſtrahit con-

ſideratio

conſideratio contraria apud Schraderum *ibid. n. 22.* relata, quòd videlicet feudales ſunt ordinarij judices, & verò ordinarijs incumbit onus ſalariandi regulariter. *ut per Henric. Bouh. in c. cum ab omni. 10. per illum tex. de vita & honeſt. Cler. num. 10.* Nam reſpondetur, bellè diſtingui inter ordinarios Specialium Cauſarum, quales ſunt feudales judices, hi quidem ratione Juriſdictionis in feudorum cauſis ſunt ordinarij. ſed propter raritatem cauſarum delegatis judicibus ſimiliores: Notum quippe eſt, publicos reditus & conſequenter ſalaria miniſtrorum hauriri ex fructibus juriſdictionalibus, ſubditorum ſcilicet collationibus: hæ ceſſant intuitu feudalis judicij, nam & judex & pares poſſunt eſſe ſine aliâ juriſdictione & ſine territorio. Schrader. ad longum *dict. part. 10. ſection. 1.* Si autem ſunt maximè cum territorio, certè intuitu litigiorum feudalium nihil contribuitur ipſis plus, quàm ſi feuda non eſſent.

Nunc occaſione hâc, quando de ſalario Aſſeſſorum ſeu Comitũ ſoliciti ſumus, com-
23. modè ſubjiciẽda eſt reſolutio legis † *diem functo 4. ff. de offic. Aſſeſ.* quæ ingenia interpretum noſtrorum inde uſque ab Accurſio variè torſit, fateor equidem magis propriè hunc tractatum ad privilegia Aſſeſſoris pertinere, ſed qui propter continentiam cauſæ hîc expediendus venit: ubi prima facienda eſt con-

Digitized by Google

cluſio: l. quòd mortuo legato Cæſaris, qui non alius, quam Præſes Provinciæ, à mittente ſic dictus cùm poſt diviſionem Provinciarum Proconſulatus ad Senatum Romanum conſtituendus pertineret. *Weſenbec. in r. ff. de offic. Præſidis*, mortuo, inquam legato Cæſaris ante tempus miſsionis ſuæ finitum, pone annuum, ut plerumque erat. nam poterat etiam eſſe longius vel brevius. *vide Petr. Burg. ſuprà allegato loco fol. 18.* Salarium reſidui temporis, quod poſt † mortem reliquum eſſet, Comiti 24.
bus ejus ſive Aſſeſſoribus debebatur integrum, quaſi continuò Legatus ſive Præſes vixiſſet, & operâ ipſorum uſus eſſet. *dict. l. diem. 4. ff. de offic. Aſſeſſor.* quod axioma ut minus dubium nec controverſum communi conſenſu recipêre *ibid. interpretes fere omnes. Coraſ. n. 3. & ante ipſum Br. Caſtrenſ. Iaſon. Dec. alij ibid. Ripa tract. de peſte. tit. de Privileg. Contract. nu. 111. Morla. Empor. Iuris. part. 1. tit. 2. de iuriſdict. omn. iud. quaeſt. 28.* quod idem Papiniani effatum ferè totidem verbis inſertum eſt *tit. ff. Locati conducti. l. ſed addes. 19. §. fin. (vel ut alij malunt l. 22.) ff. eod.* & habent rationem non communem ſed peculiarē. Nam ſi is, qui operas † ſuas locavit, eaſdem 25.
non præſtet licet caſu fortuito interveniente prohibitus, non petit promiſſam invicem mercedem ut eſt clarus textus *in l. ex conducto. 15. §. item cum quidam. 6. ff. Locati*: nam conductor operarum hominis, cenſetur promiſiſse mercedem

mercedem ob cauſam, quâ non impletâ etiam caſu id impediente, retinet ſuot numos, quos in contrariam conditionem nunquam cenſetur promiſiſſe, ut faciunt inſuper *text. L. fin. ubi Dd. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſec. l. naturalis. 5. §. at cum do. ff de præſcript. verb. L. fin. C. de condict. cauſ. dat. Sichard. in L. pen. C. eod. tit.* & in terminis noſtris ſic firmat regulam data ſuprà dicta exceptione *Duennas. regul. 63. cum quo tranſeunt Gail. lib. 1. obſerv. 44. n. 12. Lauren. Kirchov. Centur. 5. commun. opin. concluſ. 85. Sebaſt. Medic. tractat. Mors omnia ſolvit. part. 3. n. 25. Cephal. Conſil. 70. & 71. lib. 1.* facit, quod locatio facta artifici eo mortuo non tranſit ad hæredes *Vincent. Carot. tract. Locat. cond. p. 2. titul. de heredibus. num. 11. fol.* (*m*) *150.*

26. Quænam autem illius antè dati † axiomatis peculiaris ratio? Primam eſſe puto, quòd Comites, tanquam qui ex aliena Provincia neceſſariò ducendi ſunt, ut alibi dictum, ſummâ iniquitate accenſerentur alijs operarijs & factorum pollicitatoribus; qui etiam vix inveniendi fuiſſent, niſi hâc ſpe muniti fore, ut quantumvis obeunte Magiſtratu, nihil de ſalario ipſorum decedat. Illa ratio magis ex conſequenti eſt, quàm quod Legumlatores moviſſe poſsit, qua dicitur videri quaſi unam ſtipulationem totius anni ſalarium. *ut per Gail. & quos allegat. dict. loco.* ita quidem videmus ex poſt facto conjunctionem eſſe

temporis,

temporis, ſed ob id maximè quæritur unde hæc continentia ſit. Deinde datum eſt hoc privilegium laboribus hujuſmodi nobilioribus, ut ſunt Juris ſtudioſorum, Comitum & Aſſeſſorum. *Rauchbar. lib. 1. quæſtion. Iur. q. 25. num. 17. per l. 1. in princ. ff. ſi menſor. falſ. mod. dix. l. 1. §. proinde. 5. verſ. dum in iudicio honor petitur. §. in honorarijs. 10. §. ſi cui cautum. 12. ff. de var. & extraord. cognit. L. ſi quis. C. de poſtuland. l. ſi renumerandi. 6. in pr. ff. mandat.* & ſi qui ſunt ſimiles ut Advocatorum, Profeſſorum, &c. Non idem erit in ignobilioribus puta famulorum domeſticorum, mercenariorum mechanicorum. *per tex. in l. Seio. 16. in princip ibi, cum tam labor quàm pecunia diviſionem reciperent. ff. de annu. leg at. l. deſertorem. 3 §. ſed ſi ex improviſo. 12. ff. de re milit ar. l. iubemus. 16. C. de erogat. militar. annon. libr. 12.* à quibus milites non excipiuntur. *l. his Scholaribus. 14. C. eod. tit. Rauchbar. dict. quæſt. 25. nu. 18.* in quo labi videtur. *Donell. dict. lib. 18. Comment. 2. fol. 119.* qui hanc rem regulis communibus locationum tribuit.

Secundum axioma † à præcedenti erit ex 27.
dicta *L. diem functo. verſ. diverſum*: Si Magiſtratus puta Præſes Provinciæ vel Legatus Cæſaris ante finem anni, non moritur, ſed aliâs vivus diſcedit ex Provincia, non habebit ſalarium ultrà, quàm duraverit Præſidatus ejus, qui ipſum in Provinciam duxit. *dict. verſic. diverſum.* nec diſtinguo an exculpâ ſortiatur Præſes ſucceſſorem,

Digitized by Google

ceſſorem, quo caſu reddunt rationem, quia culpam Præſidis Comes cenſetur participaſſe: nec malam rationem ut mihi quidem videtur. *vide Morl dict. quæſt. 28. n 19. Coraſ. dict. l. 4. n. 8. & alij interpretes quibus adde Parid. de Pute. tract. Syndic. verb. Salarium. verſ. ſi officialis decedat. num 2. Alciat. lib. 4. diſpunct. cap. 20.* ob id reprehenſum *à Donell. dict. loc.* nam non poteſt negari, rarò contigiſſe translationes Magiſtratuum ante tempus præterquàm ex culpa: & ſi deſtinarentur altioribus officijs, anni finem utique non grave erat expectare: An verò non ex culpa remotus fuerit, nam Principem non debuiſſe finem temporis præſtituti expectare quis dubitat? ergò translatione facta ante tempus finitum ad dignitatem majorem perinde Aſſeſſoribus ſalaria abrupta fuiſſe putarent. *Donell. dict. loc. fol. 19. Cujac. in tract. reſponſ. Papin. in princip. lib. 4. ad l. 4. ff. h. t.* aut enim probi fuerunt, & is cui opitulati ſunt hactenus, curat eos ſecum proficiſci in Provinciam novam; aut certè ſucceſſor ejuſdē cauſam debet eos retinendi: aut non probi fuere, & non gravandus eſt ipſorum nomine vel translatus Magiſtratus vel etiam fiſcus: non fiſcus, quod patet, quia ipſe ſucceſſori tenebatur tum temporis cū Papinianus ſcriberet (nam poſtea ſecus fuit) de tanto ſalario proſpicere, unde ſufficeret novos Comites exhibere: qui propterea duplici comitatui, & in ſpecie,

comitatui,

Digitized by Google

comitatui Magiſtratus translati & decedentis, obligandus & ſic bis onerandus non eſt: non translatus anteceſſor, quia ipſe non meretur ſalarium à fiſco integrum pro relicta Provincia impetrare, quid igitur Aſſeſſoribus dederit? deinde non conduxit Comites illos præterquam ad Provinciam, quam relinquere cogitur, aut certè, ſi conduxit, integrum puta annum vel tempus quod officio ipſius ab initio præſtituebatur, jam cum transfertur, vel cauſam habet ducendi eos in novam Provinciam, vel non habet, ſi non ducendi cauſa, utique culpa ſubeſt, per quam indigni ſunt ſalario integri temporis, ſi verò culpa nulla in ipſis † argui poſſet, & diſertè 28.
eſſent ad annum conducti ſeu tempus integrum Magiſtratus; non refragarer, fortè commendatos ſucceſſori, ad operam ipſorum continuandam & ſic retineri ferè ſemper ſolitos unde *d. verſ. diverſum, &c.* non aliâ videri poſsit negare ratione, quòd ſalaria non habeant integra, quàm reſpectu translati anteceſſoris, ut non ſint in lucro, habeant autem nihilominus reſpectu ſucceſſoris & ex novo Comitatu, ne ſint in damno, *ut hæc verſibus diverſum, &c.* reſpondeat antecedenti exceptioni; *ibi, ſi modò non poſtea Comites cum alio (ſcilicet ſucceſſore defuncti) fuerunt*: quaſi dicat J C. *in verſ. diverſum, &c.* eo caſu non opus eſt eſſe ſolicitum de continuatione ſalarij, quando

O ſucceſſorem

ſucceſſorem accipit translatus, ex perſona ſcilicet prædeceſſoris, quia (modò probi ſint) retinentur per ſucceſſorem ab eoque & ipſius nomine ſalaria habent, ſicut in anteriori caſu in pendenti eſt ſalarium ex eo, utrum alij Magiſtratui ſerviant, nam fieri poteſt, ut ſucceſſor in anno nullus mittatur: adeoque breviter ſit ſenſus: Aſſeſſor cujus Magiſtratus moritur ante tempus habet integri temporis ſalarium, niſi alij magiſtratui inſerviat, & fortè etiam (ſi contigerit mitti ante tempus) ſucceſſori. *Coraſ. in dict. l. 4. num. 4. Morla. dict. quæſt. num. 17. & ſeq.* Sed quia hoc contingens non neſſarium eſt, ideò ſtat regula deberi integrum ſalarium ex perſona morientis, exceptio autem pendeat dubio eventu: Vice verſa in translato Magiſtratu & ſucceſſorem accipiente regula eſt hoc modo, Aſſeſſor ex perſona anteceſſoris & decedentis Magiſtratus regulariter non habet ſalarium; *dict. verſ. diverſum, &c.* ratio, quia ut plurimùm fit, ut retineatur per ſucceſſorem, & ſic ab hoc habeat, quod ille promiſerat, non autem inſuper expectet à primo ordinariè, ne duplum accipiat: quæ regula quantum ad ſucceſſorem fallit, in eo, qui reprobus eſt & à ſucceſſore meritò reſpuendus; nam is, nec à primo, quia non conductus ad aliam Provinciam, nec à ſecundo Magiſtratu, qui nihil promiſit, nec cauſam habet ipſum adſciſcendi de

di de novo propter improbitatem vel imperitiam, &c. ſalarium ſperabit.

Propter prædictam incertitudinem † eventus, an ſcilicet Aſſeſſor ante finem anni alij Magiſtratui opem tulerit, verior eſt ſententia exiſtimantium, ante finem anni non poſſe peti ſalarium reſidui temporis de quo *in allegatâ L. 4. de offic. Aſſeſſor.* ab heredibus defuncti Præſidis. *Morla. dict. quaſt. 29.* 29.

Tertium axioma eſto occaſione ſæpe dict. legis. *diem functo. 4. ff. de offic. Aſſeſſor.* Quod ſi vivit Legatus Cæſaris ſeu Magiſtratus, Aſſeſſor autem moritur ante tempus anni vel conductione expreſſum aliud, heredes ejus † capiunt ſalarium plenum, *ut creberrimè Doctoribus noſtris placuit referente Petr. Duenn. dict. regul. 63. Paride de Pute. dict. verb. Salarium. verſ. an poteſtas. Morla. dict. quaſt. 28. Mynſinger. cent. 3. obſ. practic. 8. ubi additio. Ripa dict. tract. de peſt. tit. de privileg. contract. n. 114. Vincent. Carot. tract. de locatione conduct. p. 2. tit. de officio Aſſeſſoris. 3. Rauchbar. ſuprà allegata quaſt. 23. per tot.* Sed non tàm de concluſionis hujus ſuaſoribus crebris, quàm de vera ratione ejuſdem inquirere manupretium eſt: nam ſunt qui diſſentiant, referente *Rauchbar. dict. loc. n. 5.* & ab his non eſt alienus. *Vmmius diſput. de Aſſeſſor. num. 14.* fateor, † non probari hanc aſſertionem *L. penult. C. de condict. cauſa dat. neque L. qui operas. 38. ff. Locati.* nam *dict. l. qui operas.* loquitur de eo, per quem non ſtat, quo minus 30. 31.

factum promiſſum impleat, eò, quòd non vocaretur ab operarū conductore. Prælibata autem *L. penult. C. de condict. cauſ. data.* eſt in diverſis terminis ab hac noſtra quæſtione 1. quia de jam dato repetendo diſponit. 2. quia ibi datum cenſetur magis ex cauſæ præcedentis imaginatione quidem, ſed tamen donandi magis, quàm repetendi animo: ut ibi declarat Sichard. ſecus eſſe autumans, ſi datum eſſet in condictionē. Nam nec illud argumen-
32 tum per omnia † quadrabit deſumptū à pleriſque *ex L. 1. §. divus. 13. ff. de var. & extraordin. cognit.* ut quæ præſervat Comitem à condictione causâ dati, causâ non ſecutâ, illud indeciſum adhuc relinquens, quid faciendum caſu, quo Aſſeſſor obijſſet, nondum percepto manibus & reverâ ſalario: inter quæ tantum intereſt, quantum inter poſsidere & non poſſidere, interque non admittere & ejicere. Niſi perpendas ibi vocabulum generale REPETI, non poſſe: quod utique non ſolum denegat condictionem causâ dati, ſed planè etiam condictionem ſine causâ: inter quam utramque non minima eſt differentia: Nam datum ob cauſam ex contractu innominato non poteſt repeti condictione causâ dati, ut quæ ſemper culpam arguit recipientis, qui cum à culpa ſe purgare poteſt, vincit in hoc judicio. *text. in l. 3. § 3. ff. de condict. cauſ. dat. L. ſi pecuniam. 5. ff. eod. tit.* poteſt tamen repeti condictione ſine causâ

ne cauſâ ex capite pœnitentiæ, ubi nimirum dantem pœnituerit. ut diſertè *d. l. 3. §. 3.* diſtinguit & agnoſcunt eandem diſtinctionem recentiores *poſt text. d. l. 5. § 3. Pacius in antinom. cent. 5. quæſt. 23. Dn. Vultei. lib. 1. iuriſpr. Rom. 8. n. 9.* Et verò in ſpecie *L. 1. §. 13. ff. de extraord. cognit.* negato remedio condictionis cujuſvis, hoc in medio relinquitur: Comitis vel Advocati heredes (nam quid inter hos interſit non video) non ſine cauſâ habere ſalarium integrum, & ſi illud verum utique cum cauſa & ex naturali æquitate tenent: quæ æquitas cum ſubſit, non vetabuntur præfati heredes etiam petere integrum ſalarium ſi nondum eſt perceptum.

Cui rationi nunc illud addo, quod non omninò in promiſsione ſalarij erga adſeſſorem res ſe habet, ut in dato vel promiſſo ex contractu innominato, ubi re integra vel etiam in quantum pro parte integra eſt non obſtante caſu fortuito. *per d. l. fin. ff. de condict. cauſa dat.* datur pœnitentia implenti contractum vel danti: Jam quod argumentorum
noſtrorum validiſsimum eſt, exemplariter † 33.
licet inducere veritatem noſtri axiomatis: Si in advocatis fiſci hoc jus eſt conſtitutum maximè noviſsimè per *L. poſt duos 15. §. 1. C. de advoc. div. iudic.* (quid enim denotet *L petitionem. 13. in fin. C. eod. explicat Rauchbar. dict. quæſt. n 7. Carot. dict. tit. n. 1, 2.*) ſi in ipſis Præſidibus & Legatis

Cæſareum, ut colligitur *ex dict. l. diem. 4. ff. de offic. Aſſeſ.* (ideò enim dant heredes Legati ibi Comitibus quia ipſi habent integrum ſalarium ſuum) ſi primipilarij ſtipendium heredes ejus expectant integrum, cum diem obit ante tempus *l. 1 C. de primipilo. lib. 12.* ſi ſecundicerij in ſchola domeſticorum. *ut l. fin. C. de domeſtic. & protector. dict. lib. 12.* Denique in ſacris ſcrinijs militantis & in rebus agentis. *L. ſi quis. 11. in fin. C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 12. l. matriculam. 3. C. de agent. in reb. eod. lib.* Quid vetaret Aſſeſſorum heredes eodem perfundere gaudio, non minorem iſtis Reipublicæ operam & nonnullis utiliorem navantium. *Coſtal. in d. l. diem. 4. n. 13. ff. de offic. Aſſeſ.*

34. Tandem finio caput eleganti † & non rarenter fortè occurrente deciſione, Caſus, quo perſona moritur, cujus Viduæ & liberis ex publico memoriâ meritorum paternorum, & in ſolatium amiſſi parentis conjugis certum quid ad primum annum vel etiam ulteriores annos deputatum eſt; ipſa verò perſona ob æs alienum non fuit ſolvendo cum moreretur, an creditores invadere poſſint modò dictum Viduitatis & orbitatis ſolatium: ut in Haſſia ſcio viduis & pupillis pauperum Paſtorum de ſacris reditibus annuatim quid præberi ſolere: & verius eſt quod miſeris laudabiliter ſolatio datum, non debere ijſdem rapacitale creditorum extorqueri.

queri. *Raucbat. part. 1. dict. quæſtio. 25. num. 25. & ſequent.*

CAPUT NONUM.

Finis Aſſeſſoris & inſtructio ad officium ipſum.

Summarium.

Finis num. 1.
Dei timor initium ſapientiæ. n. 2.
Finem agendorum conſiderabit Aſſeſſor. n. 3.
In conſilium venire ſedulò debet. n. 4.
Famam bonam conſervet. n. 5.
Affectus abſunto. n. 6. & 9.
Amicitiæ reſpectus ne eſto. n 7. & inimicitiæ. n. 8.
Sedere iudicum eſt ſtare partium & quare. n. 10.
Muneraria corruptela ablegatur. n. 11.
Divites apud quoſdam citiùs vincunt. n. 12.
Wirtembergicum Dicaſterium vacat lue munerariâ, num. 13.
Avaritia taxatur. n. 14.
Affectus iudicem celare oportet. n. 15.
Humilitas. n. 16.
Humanitas commendatur. n. 17.
Adulatio reiicitur. n. 18.
Votum proprium eſto votantis non ad placitum alterius compoſitum. n. 19.
Auditor benevolus Oratorem alacrem reddit inviſus elinguem. n. 20.

Digitized by Google

Novus Aſſeſſor temperet diſputationibus excitandis. num. 21.
Breve votum gratum. n. 22.
Obſcuritas evitator. n. 23.
Status quaſtionis propoſitæ intuendus. n. 24.
Celeritas inimica conſilijs. n. 25.
Wirtembergenſis Curiæ expedita cauſarum deciſio. num. 26.
Conſilij probandi tres fontes. n. 27.
Per verbum placet votum aliquando rectiſſimè abſolvis. num 28.
Riſu nulla ſententia contraria refutanda. n. 29.
Refutatio aliorum ſit cum modeſtia coniuncta. n 30.
Pertinacia opinionis propriæ defendendæ remittitor. num. 31.
Alieni benè excogitati conſilij ne ſis inimicus. n. 32.
Primarij non ægre ferent diſſenſionem aliorum abſc. n. 33
Fictis rationibus vera perperam ſuades. n. 34.
Ambiguum votum pro nullo. n. 35.
Taciturnitas commendatur Aſſeſſori. n. 36.
Summa virtutum potiſſimarum in curiali. num. 37.

1. FINIS cujuſcunque rei eſt, † cujus gratiâ res eſt. *Petrus Ramus 1. Logic. 8.* ob quem res quælibet maximè appetitur. *Ariſtot. 3. topic. 1.* finis cogitatione cauſa, re effectus eſt. *Philipp. Melanth. lib. 4. Dialect. pag. (m) 261.* Vocatur Aſſeſſor, ut officium obeat ſuum & hæc cauſa eſt impellens finalis dicta, officium ipſum ubi facit, is effectus vocationis: Memoravi, ut opinor,

opinor, ſi non omnia certè pleraque, quæ in Aſſeſſore intueri debebat eligēs ipſum: nunc electi opus exponere tempus eſt, præmonendus autem mihi obſervationum ſequentium ingreſſu officij maximè neceſſariarum.

Primò per omnem vitam † Deum timere debet, hoc enim principium ſapientiæ *Syrac.1.* certus præmij nunquam interituri: bonæ rei (*inquit textus*) conſilium dare & præſentis habetur vitę ſubſidium & æternæ remunerationis præmium. *in Canone 74. bonæ rei. 12. quæſtio. 2.* Poſt Deum, Principem ſuum & ejus loco conſilij Præſidem revereri debet. *latè Grimal. in optim. Senator. poſt. princip.* quomodo peſsimis Imperatoribus ſine fine dominatio ita quamvis egregijs modus libertatis placet: *differit de libero voto Helvidij Marcellus apud Tacitum. lib. 4. hiſt.* 2.

Secundò finem † agendorum conſiderabit, hoc enim qui negligit, ei ſpes adipiſcendi adempta *ex Ariſtot. libr. 2. Ethicor. cap. 2. & de part. an. libr. 1. cap. 5. Hippol. à Collib. in Conſil pag. 69.* bellè in Epiſtolis Leonis dicitur: difficile eſt, ut bono peragantur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. *can. miramur. 5. diſtinct. 61.* 3.

Tertiò, nunquam ſubtrahet † ſe vocationi: Senatori, qui nec aderit, aut cauſa aut culpa eſto *Cicero. lib. 3. de legib.* nam & gravitatem res habet, cum frequens ordo eſt *Cicero dicto loco. Idē pro domo ſuâ:* boni Senatoris eſt, *ait*, ſemper in Senatum venire. Cato certè id eâ cauſâ 4.

Digitized by Google

non omiſiſſe dicitur, ne quid ſe abſente per gratiam aut odium fieret. *Plutarch. in vita eius.* nam error, cui non reſiſtitur approbatur, & veritas cum minimè defenſatur, opprimitur, *can. error. diſtinct. 83.* ergò noſter adſit & loco dicat. *Valentin Forſter. hiſtor. iur. Rom. lib. 2. cap. 83. num. 71. & ſeqq.* id quod totidem verbis ordinationi Cameræ inſertum. *p. 1. t. 13.* § es ſoll auch ein jeder/ꝛc.

